ALBERICI

GENTILIS

I. C. Profeſſoris regii

LECTIONIS

Virgilianæ variæ

LIBER.

AD ROBERTVM FILIVM.

Nunc primum in lucem editus.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

HANOVIÆ

Apud Guilielmum Antonium,

MDCIII.

Ecl. 4.

Si canimus ſiluas, ſiluæ ſunt conſule digne.

MATTHÆO GENTILI PHILOSOPHO,

&medico doctori,auo clariſs.& opt.

ROBERTVS GENTILIS S. P.

DONAVIT pater mihi lectionum volumen, quas etiam mihi confecit per hoc quadriennium, in quo Virgilii omnia, quæ vulgò cognoſcuntur, opera mihi itidem interpretatus eſt: ego autem iſta ediſcere valui: quod tu iuſſeras,& ſummopere deſiderabas. Atque harum lectionum,quæ in Bucolica fuerunt primæ,fero nunc librum tibi, tuoque ſub nomine ſuauiſſimo, ſanctiſſimoque (quod fauſtum, & felix ſit nominique meo) in vulgus effero. Scilicet nec habeo quicquam in terris te charius: qui nec habes vllum chariorem me,nepote tuo:non ipſum parentem meum, non ornatiſſimum patruum Scipionem, filios tuos: non ſi ad reliquos filios vertis oculos; ad florem, quã ais filiorum,amitam meam Neuidam;non ſi ad auiam illam meam Lucretiam, vxo-

rem tuam, quam ſæpiſſimè cum pietate ſumma prædicat pater, nullique non conferendam veterum fæminarum affirmat: quæ cum ſuis viris vixerint coniunctiſſimè, & liberos ſuos non genuiſſe modò, ſed & educaſſe, non nutrici alicui redemptæ commendaſſe, celebrantur à ſcriptoribus cum laude ſumma, & manſura in omnem poſteritatem. Ex facto autem hoc meo fructum adhuc capio pulcherrimum, aue, quod ita anteuerti patrem, ſimul & patruum: quorum neuter tibi ex tot operibus, quæ edidit vterque, nihil hactenus, ſiue neceſſitate temporum pulſi, ſiue conſilio infelici perſuaſi, dicauit. Nam de te non dubitem, quin habiturus ſis munus gratiſſimũ, quod quod eſt, quod de tuis natum, & à me perlatum eſt tibi. Sic ô poſſes etiam ex lectione libelli aliquam capere voluptatem inter ſæuiſſimos perpetuos morbos, qui ſenile cruciant corpuſculum iſtud tuum, & affixum lecto tenent tot iam fere annos, quot ego per ætatem valeo meminiſſe. Et ſoles tamen (quod iubet, me hîc quoque ſperare non mediocriter) ſoles, quum tibi tantulum eſt remiſſionis ab acerbitatibus dolorum

rum

rum ſummis, & ab his vacat, qui ad te adeunt continuò, ſiue officii gratia, ſiue medicam tuam opem poſcentes, incumbere libris perpetuò, qui lectulũ obſidẽt, ſacri, medici, philoſophici, omnis generis auctores. Soles dicere ſæpiſſime, nõ aliã ob cauſſã diſplicere mortem aliquando tibi, quam quod legere ſubinde non poteris nouos præſtantium virorum libros: quos ægerrimè tamen ſuſtinent afflictæ, fractæque, & tantùm non mortuæ manus: viuæ ab hac vna immenſa, & inſatiabili tua cupiditate, ac voluptate legendi. Abite veteres vos, & vos noui: qui viridi ſenecta præditi, potentes in magna patria, retinuiſſe ſenes veſtram gloriamini dignitatem. auus meus deſtitutus illis adiumentis veſtris omnibus, circumuentus aduerſis omnibus tenet dignitatem ſuam, & iacet non deſolatus, adeoq; nec vſurpat indignè vocem herois mihi, Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem, Fortunam ex aliis. *At Deus optimus maximus nobile animi tui robur, & virtutem excellentem tuam robore ſuo inuicto, & potenti dextera ſua magis, magisque confirmet: vt quem à pueritia (ſic*

veriſſima ad noſtrasque aures fama ſe penetrauit) per omnem modeſtiam, ac ſuauitatem duxit incolumen iuuentutis litteratæ, ſplendidæque, & in hanc ſenectutem adduxit vitæ clariſſimè actæ, perducat porrò, quum diuinæ eius collibitum fuerit voluntati, ad ſe in cælum, & ad beatiſſimas ſedes illas, in quas tendebas tu ſemper, & ſuſpiras ſæpius, ipſe vero Deus electis in Chriſto ſuis ante ſecula præparauit. Erit nobis deſiderium tui ſemper, & vitæ tuæ: quæ omnibus ſemper commodiſſima, nulli neque iſto difficillimo tempore tuo eſt incōmoda. Ceterū (quod in ore habes tu) iactatū te per varios caſus, ꝑ varia rerū diſcrimina, per tot mala, per tot maria, pulſum patria, ſpoliatum bonis, diuulſum à dulciſſimis neceſſitudinibus, percuſſum mortibus chariſſimorum, diutiſſimè odiis inexaturabilibus vexatum potentiſſimi tyranni, decet & infirmitatem iſtam tandem exſuere humanitatis, & in templa migrare immortalium, & cum Chriſto eſſe. At nunc, in terris dum agis adhuc nobiſcum, & benigniſſimus Deus non minimum ſolatur te in filiis, qui ſunt te ſecuti, quorumque alterum

terum in academia nobiliſſima vides regium Profeſſorem; alterum in academia altera primum, age, perge, lætus cum Deo eſſe, & mea hæc accipe, quæ mihi largitus eſt pater, hæc etiam, quibus nunc te allocutus ſum verbis: ſed hæc omnia mea, quoniam meaque præcipua voluntas fuit, vt in tuo nomine exirent, & lucem caperent: tu cape, parens ſanctè: & vale in Domino Ieſu.

Oxonii, die Sept. XI. *qui & vndecimus natalis dies meus.*

M. D C.

ALBERICI GENTILIS

Lectionis Virgilianæ

AD ROBERTVM FILIVM

LIBER.

Tegmen fagi. Cuium pecus. Hordea. Virgilius in his defenſus. Lex expoſita.

CAPVT I.

RISERVNT obtrectatores Virgilii *tegmen fagi:* & verſui primo iſtum repoſuerunt, *Tityre, ſi toga calda tibi eſt, quô tegmine fagi?* Videlicet noluerunt dici *tegmen* niſi de veſtibus. quomodo & ipſe Virgilius dixit in Æneide pluries. Sed & idem in ſecundo Georgico, *ramorum protegat vmbra*. & in ecloga ſeptima, *Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.* Vt, ſi arbutus tegit, etiam tegat fagus, & fagi tegmen ſit, & veluti tectum. Ac ſanè arboris tectum habet alicui Propertius: [a] cæli autem tegmen Lucretius, item M. Tullius in Arato: & in ſecundo De diuinatione aues *foliorum tegmine ſeptas*, & draconem abditum

[a] Lucret. 1. 2. Plin. 2. c. 1.

tum *tegmine ſaxi.* & alter, *cælo tegitur, qui non habet vrnam:* cuius ſcilicet circumflexu cuncta teguntur; vt Plinius loquitur: [b] Sed Ouidius, *Æquore quot piſces, fronde tegũtur aues.* [c] Quid, quod tigna à tegendo dicta ſunt? & itaque prius tagulæ quæ poſt tabulæ, ſiue tegulæ. de quibus expono in commentario ad titulum De verborum ſignificatione. Stultior fuit eorundem riſus obtrectatorum in primo itidem verſu tertiæ, *Dic mihi Damœta*, CVIVM PECVS *an ne Latinum? Non. verum Ægonis. noſtri ſic rure loquuntur.* Nam quid enim, ruſtici Plautus, Terentius, Cicero, politiſſimi veteres quique? Virgilium vetuſtatis amantẽ [d] tradũt, & nos cernimus. [e] *Cuiam vocem audio? Cuiæ erant?* Plautus. *Cuiam igitur?* Terentius. *Cuium periculum?* Cicero. *Ea cædes, ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit:* idem Cicero in oratione pro Vareno. [f] *Quoia* (ita etiam ſcribebant) *de ea re iuriſdictio:* legum ſcriptores. *in cuia poſſeſſione:* affectator antiquitatis Arnobius. *Cuiauis oratio*: Apuleius. & reliqua, quæ grammatici veteres notant per omnes caſus: & nos legimus in vetuſtis variis monumentis. Ita igitur obtrectatoribus ſuis Virgilius nec reſpondit aliter, quam laudando, & inducendo alibi idem verbum, Hæc eadem docuit, *Cuium pecus, an Melibœi?* in quinta. [g] Quid enim

b Ouid. 1. ar.

c l. 1. de ti. in. Iſid. 19. etym.

d Sene. epiſt. 59. Diom. lib. 1. Quint. 1. c. 7.

e P. Cur Rud. T. Andr. & Man. 1. Ver. 2.

f Priſc. 12. 17. Seru. eclog 3. Ald. orthogr. Arn 10. ad. Gen. Ap. 2. ap.

g Pro. 26.

ſtultis reſpondeas, vt exiſtiment, ſe obieciſſe nodum, qui vindice dignus eſſet? Quid, vt faciamus nobis pares, cum quibus diſceptare ſuſtinemus? [h] Cæſar nec Ciceronem dignatus eſt, nec alium inferiorem, qui in rep. ſe laceſſierit. [i] Cum autem hirundines cygnis conuiciarentur, malamq; muſicam obiectarent, οἱ μὲν αὐτὰς ἠξίωσαν ϗ λόγου, δι' ἀδολεσχίας μισήσαντες: inquit Nazianzenus: qui fabulam illam totam recitat, ſanè conuenientiſſimam iſtis Virgilii conuiciatoribus. Et pulcrum ſic eſt Alciati in detractores emblema: *Quid prodeſt, muſcas operoſis pellere flabris? Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.* Muſcę obtrectatores ſanè, vt vetus eſt Græci reſponſio. quam legis in Maioragii oratione hoc ipſo in argumento ſe contemnendis obtrectatoribus. in qua & ſibi alia plura. idē verò Nazianzenus & Virgilio ſuaſiſſet, quod ſcribit alteri, cui obſtrepebatur pariter ab ineptiſſimis: τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶ χαίρειν, ϗ τοὺς κολοιοὺς πτῆσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας. Certè Virgilius de ſublimi deſpexit hos Grȩculos. Quod ergo & ſtultiſſimè carpebant in quincta, *Hordea qui dicit, ſupereſt, vt tritica dicat*, ſimiliter diluerit noſter, dum repetit in primo Georgico, *ſerite hordea campis.* atque iterum, *iam ſtringeret hordea culmo.* [k] Sunt ſanè, quæ non niſi vnitatis numero efferri ſolent. de quibus Varro, Gellius, Diomedes, Donatus, Nonius, alii gram-

[h] Dio. 38.

[i] Naz. ep. 1. 61.

[k] V. 7. de li. La. G. 19. c. 8. Diom. 1.

grãmatici tradũt.[l] Et Quintilian⁹*hoc ipſũ *hordea* notare barbarum videtur. Sunt quędam (Priſcianus ait) nomina ſemper ſingularia vel natura, vel vſu. natura, vt propria, *Achilles*: vſu, vt *puluis, ſanguis*. nam ſicut *cineres*, ita potuiſſemus *ſanguines, pulueres* dicere. Sed hic deficit auctoritas. Pleraq; ad mẽſurã, vel pẽſũ pertinẽtia ſemper ſingularia, *aurũ, lac, triticũ*. nec tamen regula, ſed vſus prohibet, quominus dicantur pluraliter. itaque quidam dixerunt *frumenta, vina*. Sic & pluralia quædam ſemper, aut natura, vt *Gemini*, ſignum illud cæleſte: aut vſu, vt *manes, arma, mœnia*. & cætera apud grammaticum. Sed illa vrbium nomina, *Athenæ, Piſæ, Thebæ*, reliqua etiamne referentur ad naturam, quoniam nec vna, at multiplex vrbs earum quælibet videretur? [m] Et Gręci tamen vnitatis numero quoque illas appellant. [n] Ab vſu certè eſt, quod vetus quidam interpres notat, dici à poeta *Quiritem* numero ſingulari. cur enim non diceremus *Quiritem, ſi Romanum, Thebanum* dicimus? [o] Sed & tertium eſt genus eorum, quę plura ſunt & vnum eſſe videntur: itaque multitudinis numero, item ſingulari proferuntur: & *pulmones* dicunt Græciq;, Latinique item *pulmonem*. [p] Sed & iuriſconſultus ita, *Hæc ennnciatio*, HABET LIBEROS, NON HABET LIBEROS, *ſemper pluratiuo numero profertur: ſicut &*

l Pri. ſ. vlt. *adi.* & Aug. gram. * Quinct. *1*. c. *5*.

m Hom. Odyſſ. *11*.

n Vet. Com. Perſ.

o Rhod. 4. ant. *5*.

p l. *148*. de V.S.

PVGILLARES, & CODICILLI. q

q Quin. decl. 2. Oui. 1. Met.

Attamen Quintilianus ait, *liberi, ac parentis is eſt affectus*. & Ouidi[q], *Quoq; magis doleas genitrix, en ego liber ille*. item alii, quorum patruus tuus meminit in Originibus. Nam quos locos præterea notant Alciatus, & Cotta, illi nunc in emendatis libris non habentur. Et igitur SEMPER, quod vix eſt vmquam aliter. vel quia numquam eſt aliter apud receptæ auctoritatis ſcriptores, licèt (vt ſolet Nonius loqui) apud doctos reperiatur. Alioqui & doctus Catullus dixit *pugillar*. [r] quod obſeruauit Chariſius. Græcè πυκτίδιον, vt verſum habes à veteri interprete Lucæ primo. [s] *Codicillum* dixere Marcellus, ac Paulus iurisconſulti, non ſoli Cæſares in Codice, aut Græci. & mirum, vt dicatur *codex*, non dicatur *codicillus*. A natura videtur eſſe, vt hæc omnia pluraliter proferantur. [t] nam ſunt codicilli à caudicibus arborum, & pluribus ſimul iunctis tabellis. & pugillaria ſunt codicilli, tabellæ iſtæ cera illitæ, in quibus pangendo ſtilum, & pungendo ſcriberetur. [v] Mirum non dici *codicillum*, & dici *librum*, & *libellum*. & hæc nomina ſic ſunt etiam à corticib. arborũ, quas libros dicimus; & de quib. verbũ *delibrare*, cortices arborib. detrahere. Scribebãt olim in corticibus arborũ. quod audies & in 5ta ecloga. [x] Et ſic meminit lex philyræ, & tiliæ. & eadem codicum membraneo-

r Chariſ. lib. 1.

s l. pe. de iu. co. l. 38. de cond. l. 4. de al. leg.

t Ald. de quæſ. per epi. Non. de gen. nau.

v Alexand. 2. ge. 30. Carr. 2. em. 6.

x l. 52. de leg. 3.

neorum, chartaceorum, eboreorum. Scilicet luxuria eburneos hos poſtea fecit, & citreos. de quibus ſunt diſticha in vltimo libro Martialis. Commoditas fecit primum vitellianos. & oſtendit Attalus rex Pergami. vnde hodieque vocitantur Pergamena. Chartaceos ſuggeſſit Ægyptus, papyrũq; chartæ materiã.[y] quod alii tradũt, & Plinius, & ad Pliniũ eruditiſſimus Guillãdini *Papyrus*. Sic Ouidius, *Papyriferum Nilum*, in fine Metamorphoſeon. Eſt papyrus materia chartæ. itaque *chartis legatis papyrum ad chartas paratum non continebitur.* vt ait lex. Sed hodie in Chriſtiano orbe ex panniculis charta iſta conficitur, qua vtimur. multo eſt (vidi enim) papyracea illa ſplendidior & firmior. Verum, quod nunc obiectum Virgilio eſt, ad *hordea*, illud non à natura eſt, vt ſingulari numero efferretur, at ab vſu. *Vina* dixit Cicero. cuius exemplo & nos dicere poſſimus in proſa quoq; vt ſcribit Seruius in ecloga quincta. Nam de poetarum iure conceſſo non dubites. Et his numeris inuſitatis illi vtuntur.[z] Ἔλαια Callimachus auſus eſt. de quo grammatici tui. *Vina, vnguenta* dici rectè, affirmat Varro, quia illorũ genera plura ſunt[a] Quidni igitur dicamus etiam *frumenta?* triticum, & hordeum ſpecies ſunt frumenti. dicamus cumque Plinio & *muſta?* dicamus & *hordea*, ſi horum genera plura item ſunt? Malè autem Auguſtini

[y] Sym. 4. ep. 28.

[z] Verg. dialect. poe.

[a] Plin 18. c. 7. & lib. 23. c. 1.

grammatica, ſingulari iſthæc dici tantum: ſed poetæ *vina* dixerint, & *cicera. & cicera parcius*: vt ait poſtea, non *Cicero*, vt eſt in impreſſis. Varro autem, *Nemo dicit cicera.* Et idem tamen, quod omnes cernimus, *conſuetudo loquendi eſt in motu.* [b] Sermo (inquit Scaliger magnus) temerè inter agreſtia ingenia primum ortus. vſus tyrannide extortum, vt quædam ſine ratione, imo contra rationem eſſent ſingularia. emendat tamen ſeſe aliquando publicus vſus, tollendo, quod ſtatuerat, probatorum auctoritatem, quibus aliter placuit poſtea dicere. vt Hortenſius *ceruicem* primus pronunciauit. item *farra, vina, mella*, alii. Adi ad iſtum, quem & vbique ſummum tibi trado auctorem, latius, ac doctiſſimè de his noſtris vocabulis diſſerentem. [c] Etiã Quinctilianus, *Conſuetudo ſermonis eſt conſenſus eruditorum non multitudinis, ſicut viuendi conſenſus bonorum.* [d] At verò etiam vetuſtiſſimi dixerunt *farra.* Et quid igitur Virgilius q; non dixiſſet *hordea?* [e] Græci & alia dixerunt, & hordea, & tritica, πυροί τε ζειαί τε πολύπυροι καὶ κριθαί. Et nec poetis ſolis poteſtas audẽdi eſt, ſed & oratoribus. [f] de quibus & non nihil Alciatus in Parergis habet. quem alium auctorem præcipuum volo olim eſſe in bibliotheca tua. Atque tanta tandem eſt Virgilii auctoritas, vt contra, quam omnes quid dixerint, perſuadere poſſit, & rectè dici,

b Scal. de ca. li. La 78.

c Quin 1. c. 9.

d Macr 5. Sat. 20.

e Hom. Ody. 1. 3.

f A. 5. pa. 19.

ci, quod dicit vnus ipſe. [g] vt ita Seruius ſcribit in eo, quod alii omnes dixerunt *hunc Silicem*, Virgilius ſolus *hanc* dicit. quod & notes ad verſum eclogæ noſtræ, *ah Silice in nuda.* in ſexto Æneidos, *dura Silex.* in octauo, *acuta Silex.* Idem pro Virgilii auctoritate Quinctilianus de dictione *Cortex*: quam genere fæminino habebis in ecloga ſexta, maſculino in ſecundo Georgico. Idem & in hac ipſa *Silice*, & aliis Virgilii. Plura autem eiuſmodi ſunt dicta contra Virgilium. Sed tamen non plura hîc ego refero. alia notabo ad eclogam tertiam, alia ad ſeptimam. Hîc in primo iſto verſu, mirum, non diſplicuiſſe, quod in verſu [h] notato illo eſt, *O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.* & hîc .n. multum de illo eſt, vt in q, illo Æneidos vltimi, *Reſpice res bello varias, miſerere parentis.*

g Seru. 2. Æn.

h 4. rh. Her. Quinct. 1. c. 5. 6.

Fugere. Peculium. Æs. Britanni. Barbari. Salices amaræ. Diſputationes duæ iuris ad verſum Ouidii. Leges declaratæ.

CAP. II.

NOs patriam fugimus. Pulſi, non volentes, vt ſanè fugimus inuiti. & vt ſic in nono, *veteres migrate coloni*: vbi de re eadẽ agitur. Hæc igitur fuga exilium eſt. [a] vt φυγὴ exilium eſt Græcè. [b] & *lata fuga* exilium o-

a Bud. l. 16. de pœn.

b l. 5. de in terd. & releg

c Tac ann. 3. mnium locorum, prҿter certũ vnum. c Sic autem Tacitus: & ſæpe in ſecundo, & tertio Triſtium Ouidius *fugam* pro exilio. Niſi forte eſt verius tamen, vt fuga ſit quid generalius, & aliquando minus exilio: veluti retineatur ciuitas in fuga, non in exilio. & ſint φυγάδοι relegati magis, quàm exules. d etſi P. Victorius exules dicit. e Nam Ouidius, qui aliquando appellat ſe exulem, notiori nomine vſus eſt. & exul non erat, ſed relegatus: id eſt, miſſus ad locum certum, & in tempus. quod alios docẽtes videbis. † Exulis nomen & de relegato, & de deportato accipitur aliquãdo. verҿ fauet etymologia. Ego volo quæſtiones duas iuris ex Ouidio tibi indicare. f Inquit, *Oſſa tamen facito parua referantur in vrna. Sic ego non etiã mortuus exul ero. Non vetat hoc quiſquam.* Scilicet quia verè non erat exul. g Alioqui nequit exul illic ſepeliri, vnde exul fuit. *in inſulã deportatus, vel relegatus nec inde trãsferri poteſt, & alibi ſepeliri*: inquit lex: & non de ſupradicto relegato ad tempus intelligitur, aut dum vixerit; ſed prorſus de deportato. h Exuli in priuilegium mortuo cõcedetur, ſi detur, illic ſepeliri, vnde exulat. & ita interpretes noſtri vtriuſque iuris adfirmant. i Vſurarii, excommunicati, alii decedentes in peccato mortali exhumãdi. Sicut ſcilicet domicilium eſt inter viuos, ita ius ſepulturæ inter mortuos. & cui non cõmuni-

d V. 3. Pol. Ariſt.
e Rho. x. an. 5. Aug. 3. em. 6.
† l. 32. de adopt. tut. l. 13. de dõ. int. vir. & vx.
f Ouid. 3. Triſt. 3.
g l. 2. de ca. pu. Decia. 6. pr. vlt.
h Dec. l. 151. de reg iu.
i Oldr. cõſ. 25 Panor. ad cap. 3. 4. 6. de ſtat. mo. & rub &c. 12. de ſepul. c. 7. de conſ. eccl.

municamus viuo, eidem nec mortuo.itaq; nec leproſus poſſit cum aliis ſepeliri; vt Panormitano viſum verius eſt contra Anchatanum : & gloſſatori,quod incurratur excommunicatio communicando cum excommunicato mortuo,ſicutcommunicando cum viuo ; k ita autem & Platonis leges quædam, quæ vetant, ſepeliri homicidam intra regionis fines,morte affectum in ciuitate,tantum abeſt, vt alibi defunctum patiantur in ciuitatem referri. l Defunctorum corpora (agenteSolone) exhumata eorum & extra fines auecta, qui ſacrum templum diripuerunt. m Sunt de exulib.aliç hiſtoriæ: & de Themiſtocle in Attica clam humato celebris. At altera quæſtio Ouidii de libris eſt: n *Eſt fuga dicta mihi, non eſt fuga dicta libellis.* Et quidem ſi exules filii non ſunt patris exulis, minus neceſſe ſit exulare fætus iſtos ingenii. Quod tamen non putabat Tyberius: qui depræhenſus ab Auguſto opus quoddam legere Ciceronis, hominis proſcripti, & çæſi, abſcondere librum voluit, ne auctorem noſceret imperator. Aut ſunt iſti veluti imagines, o quę vetitę hoſtiū exiſtimantur bonis rationibus. ecce audi de Cicerone: *Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi ſua, condemnatus eſt. Statuerunt equites Romani illo iudicio, improbum ciuem eſſe, & non retinendum in ciuitate, qui hominis hoſtilem in modum ſe-*

k Pla.9.de legi.

l Plut. Sol.

m Thucyd. lib. 1. Cic.Bru.

n Ouid. 1. Triſt.14.

o Tac.ann. 1. Cic.pro Rab. perd.re. l. 24. de pœ.

ditioſi imagine aut mortem eius honeſtaret, aut deſideria imperitorum miſericordia commoueret, aut ſuam ſignificaret imitandæ improbitatis voluntatem. Lex autem noſtra, *Eorum, qui relegati, vel deportati ſunt ex cauſſa maieſtatis, ſtatuas detrahendas ſcire debemus.* [p] Ceterum nec ſcripta illorũ recipi poſſe videntur, qui ſint damnati. vt de ſcriptis hæreticorum auctorum traditum eſt. [q] Etiam in libros ſęuitum damnatorum aliorum ſcimus. Attamen nec ab imaginibus ratio valet ad libros. quod inde intelligis, quia rationes, cur vetitæ imagines intelligantur, eę in libris non tenent. Libri vero hæreticorum ſuſpectiſſimi ſemper ſunt. [r] & qui tamen nec damnati intelligũtur damnato hæretico, ſi ipſi boni ſunt. Libri damnantur mali etiam non damnatorũ auctorum. [s] at ſumere aliter ſupplicium de ſtudiis nouum & inuſitatum ait Seneca, ac vituperat cum aliis. Et Auguſtus haud paſſus fuit timere Tiberium iſthic: at iuſſit legere boni monimenta viri. Videam ego tamen, ne iſthæc iam eclogas longe ſuperent & ſupra ſint infantis peculium: arteque ſiniſtra ducã te per iſtiusmodi documenta. [t] Quamquam ars ſiniſtra eſt magica. & ſiniſtra cornix hîc eſt inauſpicata. [u] *Miſeri homines per coruũ exiſtimant Deum clamare, per hominem autem tacere.* Notus pecori ſiniſter in primo Georgico, nocens, & aduerſus

p c. 4. de hæret.
q Tac, Agric.
r Pan. d c. 4. & c. vlt. de ſu. tri.
s Sen. contr. 6.
t Caſſiod. 4. Var. 22.
u Cl. A, adu. gen.

ierſus. Hæc tui peculii: vt tamen abſit omnis mali ominis ſiniſteritas. [x] *Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum.* vt ait Vlpianus. & ſic ecloga, *nec cura peculi.* quale páſtorum patrimonium eſſe puſillum ſolet: [y] vtcunq; regni quoque vocetur nomine: quemadmodum & ſtabulum boum, & aluear apum. Aut hìc peculium paſtorum, veluti ſeruorum. vt itaque pueros, ideſt ſeruos, appellati hos audis. [z] Peculium ſeruorum dicitur ſanè, pecunia patrum familias, & cuiusque liberi hominis, de quibus Feſtus, & leges. [a] Et ad res ſoli quoque ſpectat peculii nomen. [b] *& plerique* ὑποκοριστικῶς *patrimonium ſuum peculium dicunt.* [c] & in iure canonico ſic aliquando hoc nomen eſt. [d] Etiam pecuniam illam appellarunt peculiũ, quam præſidii cauſſa ſeponerent. & ita ſcripſit Proculus, audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes, *pecuniam ſine peculio fragilem eſſe.* Ruſticos ille affert in ſententia. [e] οἱ γὰρ ἀγροῖκοι μάλιστα γνωμοτύποι εἰσί, καὶ ῥαδίως ἀποφαίνονται, inquit Ariſtoteles. Vt malè notetur Virgilius à criticis, quod ruſtico ſententiam in ſequenti ecloga tribuat, *Trahit ſua quemq; voluptas.* Etiam ſenes appellat Proculus: qui ſuſpicioſi, callidi, puſillanimi, illiberales. vt apud eundem philoſophum eſt. Atq; igitur ſic quoque, *nec cura peculi*, iſtius ſepoſiti pecuniarum. [f] Sic autem & Galli πα-

x l. 5. de pecul.
y Virg. ecl. 1. Georg. 3. 4.
z l. 198. 221. de V. S.
a l. 7. de pec.
b l. 16. ad Tre.
c Panor. c. 2. de ſta. mo.
d l. 79 de leg 3.
e Ariſt. 2 Rh.
f l. 9. de do.

ῥάφερνα nominare peculii nomine potuerũt res, quas vxor ſecum fert depoſitas à dote ſibi, non cum dote datas viro. [g] Species extra dotem traditas vſibus puellæ: vt inquit Papinianus. Idem eas & peculium nominat. At vero Galli ſic eas appellarint præcipuè, vt cenſet Contius iuriſconſultus Gallus, quia mulieres illic, ſicut Rom ę filiifamilias in parentũ, ita ipſæ eſſent in poteſtate maritorum. atque ita nec quidquã tenere mulieres poſſent ibidem niſi ſub peculii nomine: quemadmodum nec filiifamilias poſſũt iure Romano niſi peculii iure quidquam tenere. [h] Et id eſt, quod ſeparatum à rationibus paternis habet filiusfamilias permiſſu patris. Vt ita definitio peculii ſeruorum aptari peculio filiorumfamilias poteſt. ſed quę tamen non niſi peculio profectitio benè conueniat. [i] Iſtud eſt, quod a patre proficiſcitur, vel aliunde patris contemplatione. puta, quid datum ab extraneo filiis Titii eſt. cũ enim filii ſint vocati nomine appellatiuo, non proprio, vtiq; etiam contemplatione paterna, non propria vocati intelligentur. & peculium hoc erit profectitium quod adimiq; filio familias à patre poteſt. Aut num diſputatio hæc quoq; grauis dexterę pueri? Audi tamen, quemadmodum dolet Tityrus, *Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat*. [k] Et ne tu graue illud æs priſcum Romanorum cogites non ſigna-

g l. 51. de dõ.

h l. 5. 6. 7. de pecul.

i Cephal. cõſ. 605.

k Plin 33. c. 3. lib. 34. cap. 1.

ignatum,& libellam.& dupondium.& ex-
penſas,& impendia,& dependere,& ſtipē-
dia,& penſatores,& libripendes.& cetera
huiuſmodi verba, quæ à rudi illo ære fue-
runt. Ne aut nummos ciuitatis Lycurgi,&
ciuitatis Platonis,& nunc Venetos bagatti-
nos, Neapolitanos caballuccios, aut quid
huiuſmodi viliſſimæ materiæ ponderoſæ
atis eſſe Tityro tuo potuiſſe putes. [l] *Etiam* [l] l.159.213.de V.S.vbi Alc.
aureos nummos æs dicimus, appellatione an-
tiqua quum æreus tantum nummus habe-
retur, imo æs tantum graue,& quod ad pō-
dus traderetur. [m] Sic & ærarii nomen fuit: [m] Vet.comm. in Perſ.
manſitq;. etſi in illum locum poſtea etiam
argentum,& aurum, etiam ſignatū inferre-
tur, non, vt antea, æs iſtud, quod graue, ru-
deque nominamus. Seruius rex primus ſi-
gnauit æs:& dixit pecuniam à nota pecu-
dis, quæ ſignata. vt eſt apud Plinium. Et eſt
fortaſſis verum in vrbe Roma,& in ipſa no-
ta pecudis,& in nomine itaque pecuniæ. [n] [n] Orig.ge.Ro.
Alioqui ſignādi æris vſum repetunt in Latio
a vſque Saturno. [o] Eſt porro à pecu pecui- [o] Scalig.Teſt.
us, & pecunius.& itaque dicentibus pe-
cuniam ſubintelligitur rei nomen: vt ſit ve-
luti res pecuinia, &, vt modo dicebam, pa-
trimonium patrisfamilias. [p] Sic nomē plu- [p] Scal. de ca. li.La.98.
uiæ adiectiuum fuit,& ſubintelligit aquam. [q] Ant.Aug ad Teſt.
Quod vero Romani non habuerint niſi
pecora,& hinc pecuniam dixerint omnia
bona ſua, falſum eſt. Argentum non ſigna-

tum ante Pyrrhum, id eſt, nõ niſi poſt quin-
gentos fermè annos ab vrbe condita, idem
[r] Aug 3. de lib. arb. Plinius ſcribit.[r] At Græcis ab argento φι-
λαργυρία dicitur, amor argenti, & quiduis a-
liud habendi, plusquam ſat eſt, ipſa auari-
tia: nomine adſumpto, quia argento nũmi,
vel mixto argento frequentes apud veteres
illos fierẽt: & eodẽ nomine mox producto
ad alia: & ęrisq; pecunięq; nomẽ productũ
audimus Latinis. Sic. ἀργύριον illi itidẽ ꝑ pe-
cunia. quomodo & hodie Galli *argent*. At de
[s] Sene. 5. de ben. noſtro ære. [s] *Sic æs alienũ debere dicit & qui*
[t] Hipp. de art. Pla. Erix. *aureos debet, & qui coriũ forma publica per-*
cuſſum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod
vſu numeratæ pecuniæ præſtat[t]. Etiã Cartha-
gine vſi corio ſunt, & in Æthiopia lapillis, &
ferro apud Lacedæmonios, & alibi id genus
aliis, aut in aliquo malo tempore publici,
[u] Cæſ 5. Gall. aut in auaritię necẽ, aut per ſolennẽ gentis
paupertatẽ. [u] Vt ſic pauperes olim Britãni
tui vſi æreo nũmo, aut anulis ferreis ad cer-
tũ pondus examinatis pro nũmo. quod Cę-
[x] Cic. 4. ad Att. 15. & 7. la. 7. ſar narrat. [x] Et Cicero, *Etiã illud iã cognitum*
eſt, neq; argẽti ſcrupulũ eſſe vllũ in illa inſula,
neq; vllã ſpẽ prædæ niſi ex mancipiis: ex qui-
bus nullos puto te litteris, aut muſicis eruditos
expectare. Certe mox audis etiam velut de
[y] Hor. 4. od. 14. barbaris, *At nos hinc alii.* &c [y] Remotos dixit
[z] Cic 1. de na. deo. Horatius, & eosdem hoſpitibus feros [z]. Et
quod Virgilius hîc, ita idem Cicero Scy-
thiam, & Britanniam in barbarie iungit.

Sed & alii veteres ſic. *a* Auſonius auté, quod *nemo Brito bonus*, *b* vt Britannus, & Brito idem eſt. *Siluius hic bonus eſt. quis Siluius? iſte Britannus. Aut Brito hic non eſt Siluius, aut malus eſt*. Tu, fili, paues? Sed Gallus eſt Auſonius, hoſtis tuę Britannię. & hoſtis teſtimonium nihili eſt. Gallis addictus Scaliger nihili eſt: qui itidé exagitat conuiciis plurimis gẽtẽ tuã, ſed & meam, ſuam. quãquã & Scotos, Gallis amiciſſimos, appellare belluas non veretur. At vehementius ſępius agit magnũ illud ingeniũ, quã par eſt, nec ſẽper conſtanter ipſi ſibi. *d* nã ecce alibi nos Gallis nõ abiungit, *Gallũ, Italũve, duos virtutis honores, Orbis duo flores, duoq; faſtigia rerũ*. At veteres illi auctores ea de veteribus Britannis habent, ſiue de paupertate, ſiue de barbarie: quòd omnes cernimus. *e* Aut quid hodieq; ſcribit Scotus? *Quod naſcendi infelicitate nobis euenit, voluntate, & iudicio exuamus*. Etiam Scythia dare Orpheũ poteſt, & Anacharſim. & Themiſtocles, ſe vel Seriphium futurũ nobilẽ adfirmabat. De qua re ſatis. *f* Ægyptii barbaros vocabant omnes, qui ipſorum lingua non vtebãtur; Spartani peregrinos. quod accedit ad originem vocabuli: *g* quam Syrã tradunt periciſſimi. nam BAR ſit extra in lingua Syra, & barbarũs itaq; BAR geminatũ. *h* Sic & Barbari alienigenę alicubi in legibus. *i* Gentes, & nationes, qui barbari, vocat Ariſtoteles: quomodo & Hebręi paſſim in ſacris libris. Etiã Claudian' gẽtes de barbaris, q̃ nõ parebãt imperio Ro-

a Auſ. 107.
b Iu. Tert. x. de vir. vel.
c Scal. 3. poet. 17.
d Scal. 4. epid.
e Buch. 1. re. Scot.
f Herodo. 2. vlt.
g Druſ. 2 q. 17.
h l. 2. C. quæ res exp. l. vlt. de æd. act.
i A. Polit. 3. 7. vbi Vict.

k Nou. 105. mano. adi ad bellum Gildonicum. k Sic in Nouellis: & barbaricas gentes Iuſtinianus

l Tr. Poll. tyr. in prooemio Inſtitutionum. l Barbari, qui non parebant imperio Romano, etſi in me-

m Alc. 1. pare. 12. & C de pa. ſa la. §cip. 1. pare. 24. dio eius eſſent. m Et ſic item in iure. vbi iidem gentileſque. ſicut in litteris ſacris ethnici, qui alieni à populo Dei. Grçcis olim barbari omnes alii, & ipſi Romani: & lingua

n Herodo. 1. Romana barbara: & leges Romanæ barbaræ: & cetera. n vt ſcilicet Græci ſegregarunt ſe ab aliis cum linguæ, tũ elegantia morum. Hodie nobis ſunt barbari, qui Chriſtiani nõ ſunt. ſemper barbari habiti ſunt, qui crudeles, aut rudiores ſunt, & idiotæ: quales milites plærumque ſunt. vt ita hîc *impius miles, barbarus.* Etiam militem Germanũ, & Gallum potuit noſter indigitaſſe: quem multũ adfuiſſe triumuiris ſcimus: cuique tributos agros Mantuanorum (vnde iſtę ſunt querelæ) etiam ſcimus. atque illæ gentes etiam tũ barbaræ audiebant. Quæ de barbàris ſatis hoc tempore. Niſi fortè & hoc eſt addendum, bucolica eſſe loca barbara in vita Hilarionis apud Hieronymum, vbi nulli eſ-

o Capit in Ver. Vulc. in Caſ. ſent Chriſtiani. o At tu de bucolicis his hominibus leges in hiſtoriis per Ægyptum grauibus. Ego addo verbum de ſalicibus a-

k Aug. 3. con. Acad. maris. *Dic* (inquit ille apud Auguſtinum) *vtrum per ſe amaræ ſint oleaſtri frondes, quas caper tam pertinaciter appetit. Neſcio, quales pecori ſint, mihi tamen amaræ ſunt. & eſt forſaſſe aliquis etiam hominum, cui non non ſint*

ama-

amara. & alias alia cauſſa nunc dulce quippiam, nunc amarum in ore ſentitur, &c. Et quis igitur hîc Seruio renunciauit, ſalices eſſe capris ſuaues? q *Non eadem omnibus amara, aut dulcia:* etiam Plinius, qui & rationem aliquam notat. Sed quî dulces capris ſcimus, nobis amaras ſalices? r *Veſcas ſalicũ frondes* intelligimus equis veſcentibus, dulces non intelligimus veſcentibus: nã & ipſa placet amaritudo. ſ *Ingere mi calices amariores.* vt rectam defendunt lectionem: & ex Seneca, ac Galeno docent, ipſam amaritudinem delectare. t Et Plinius de pipere lõgo. *ſola placere amaritudine: & hanc in Indos peti*, &c. & de his, qui vnguenta in potus addebant, *tantique amaritudo eſt*, inquit. &c. v Audio, odoratum hominibus eſſe peſſimum aliorum animalium, certiſſimũ autem tactum, adeoque guſtum, qui tactus eſt quidam. Sed & guſtu dicitur excellere homo. Quid tamen conficimus? x Quid ergo? Nutriri omnia dulci, & quatenus dulce eſt: vt medici cenſent: non tamẽ Cardanus, qui iſtum honorem nutriendi vindicat ſapori pingui, & in ſententiam attrahit etiam Ariſtotelem. Aut quid quærimus à paſtoribus philoſophiam? idem Cardanus ad illud Virgilii in ſequenti ecloga, *benè olentis anethi*, & negat, notum nobis anethum bene olere: & itaque vult, noſtrũ non eſſe anethum antiquorum; & eſſe mu-

q Plin. 21. c. 24.
r Virg. 3. Geor.
ſ Brod. 1. miſc. 3.
t Pli. 12. c. 7. & lib. 13. c. 3.
v Ariſt. 4. de ſen. Pli. x. c 69.
x Card. 1. de ſa. tu. 38. 40.

tatā rationē ſpeciei tēporū circuitu. At nō obſeruauit magnus vir, quæ & præcedunt illic, *Allia, ſerpyllūq; herbas cōtūdit oletes.* Niſi forte grauis illic odor eſt intelligēdus, vbi articulus *bene*, non eſt adiectus verbo medio. ſed nō meminit moreti y, intriti odoris abominabilis? Quæ addit, meliora ſunt. nō idē eſſe iudicium, & ſenſum, qui fuit olim; & idem videre nos in aliis multis. Certè nō eſt à noſtro, & ciuitatis ſenſu iudicandū de ſenſu paſtoris, & ruſtici. z Vt autem γλυκὺς χυῦσιν, ἐς τὴν ὄψιν, καὶ ἐν ἄλλῃσι μίξεσι, quod ſcribit Hippocrates: ita eſt & amarum. & ita fumus amarus in 12. Æneidos. &c. Atq; à guſtu ceteri ſenſus mutuantur nomina plurimum, præcipuè viſus in colorib. & inuicē alius ab alio. Sic *rumor amarus* in 4. itidē Æneidos. & *ater odor* in XII.

y Mercur. ad Hipp.

z Hipp. de alim.

De donatione cauſſa mortis. CAP. III.

a Scip. pare. 6.

EST mihi diſparib. ſeptē cōpacta cicutis Fiſtula: Damœtas dono mihi quādedit olim: Et dixit moriēs, Te nūc habet iſta ſecūdum. a Patru9 tu9, Roberte, donationē cauſa mortis hic agnoſcebat, & annotabat. Vid. moriens donauit Damœtas, vt à ſe ſecūd9 Coridō fiſtulā illā haberet. b *Alioqui eū, qui in extremis vita cōſtitutus, ſine vlla cōdicione redhibendi. abſolutè donaret, nō tā mortis cauſſa, quā moriētē donare* c. *Et itaq; tāto magis vbi ita donatur mortis cauſſa, vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi eſt, quàm mortis cauſa donatio.* Sed nonne hic per illum articulum

b l. 42. de mo. ca. do.

c I.eo.

vuna

nunc donatum videtur abſolute? Non videtur. Etenim paſtor voluerit, vt alter ſecundum ſe, & poſt ſe haberet, quod eſt poſt vitã ſuã. *d* Sed etſi præſens fiat hęc donatio, & rei donatę traditio intercedat, illud manet tamẽ, vt reuocari poſſit. & ergo pręſens quidem hîc transferatur dominium. at reuocabile, quod erit irreuocabile ſecuta morte donatoris. Audi. Tres ſunt ſpecies huius donationis. vna, quũ quis nullo periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione, mortalitatis donat: non ita tamẽ, vt nullo caſu reuocetur. Scilicet vt ſemper maneat cogitatio mortalitatis, non tamẽ & ſuę donatoris ſemper ante donatarii. & nec ſub iſta condicione donatur, aut donatũ intelligitur, ſi mortalitatis cogitationẽ exuero. *e* Vanus eſt Hotomanus, qui iſtã ſpeciẽ non admittit, quaſi mortalitatis cogitatio euaneſcere nũquã poſſit. Fit hęc donatio per eã cogitationẽ: at reuocabitur non ea cogitatione euaneſcente, ſed pœnitente donatore, præmoriẽte donatario. Alia ſpecies eſt, quum quis imminente periculo cõmotus non ſic dat tamen, vt ſtatim faciat accipientis, ſed tunc demũ, quum mors fuerit inſecuta donatoris. Quę ratio & in ſuperiori ſic diſtinguet: vt extraq; periculũ vel ſic fiat, ne ſtatim quęratur donatario. Tertia autem ſpecies eſt, quum cõmotus periculo quis donat, vt ſtatim & facere donatarii velit. Quomodo duę ſpecies eſſe poſſũt ſané hui⁹ do-

d La.

e Hot. Inſt. de donat.

nationis à duplici modo donandi: & item duæ ab occaſione duplici. itaque nec tres recte conſtituantur ſpecies: at vel duæ ſint conſtituendæ, vel quattuor. *f* Simile tamen audimus illic, *Conuentionum tres ſunt ſpecies: aut enim ex publica cauſſa fiunt, aut ex priuata: priuata aut legitima, aut iure gentium.* Publica eſt tantum iure gentium: vt itaque in alias ſpecies ipſa non diuidatur. Non dico eſſe illic quattuor ſpecies: ſed ſimile in eo eſſe, quod veræ diuiſionis neq; ibi ſeruentur regulę, quum ſubſpecies ſpeciei adſumuntur in numerum ſuperiorum: veluti ſi quis diceret, tres eſſe animalium ſpecies, irrationale, & rationale: rationale aut immortale, aut mortale. Quæ nemo non ſentit, quam ſint inepta. Addo, etiam dici poſſe illic quoque quatuor ſpecies. *g* quoniam imo publica vel ſit legitima, ex legib. in ciuitate, veluti in ſacris ſi quid eſt, in ſacerdotib. in magiſtratibus: vel ſit iurisgẽtium, extra ciuitatem, veluti cum hoſtibus, vt exemplum ibidem ſubiicitur. Sic alia illa diuiſio carpetur, quæ ait, ius vel publicum eſſe, vel priuatum: & hoc vel naturale, vel gentium, vel ciuile. nam ſic & publicũm ſane ſubdiſtinguetur: & tres iſtæ partes ſic permutantur. Quid reſpondeo? Solennis hæc accuſatio eſt. Reſponderũt alii. *h* reſpondi ego in primis meis lucubratiunculis. reſpondeo, nullas obſeruari regulas verę diuiſio-

f l. 5 vbi Duar. & Cuia. de pact.

g l. 1. de iu. & iu.

h A. Gent. in Trebat.

diuiſionis in diuiſione vlla, quæ per ſe non eſt, ſed per accidens. Audies hæc alibi plenius aut à nobis, aut à magiſtris melioribus Dialecticæ. Nunc tantum cape de iſta donatione. Ea & notata videbis in nono Æneidos, *ille ſuo moriens dat habere nepoti.* Nam etſi qui in extremis vitæ conſtitutus donat abſolutè, ſine vlla conditione redhibendi, non tam mortis cauſſa, quã moriens donat: Et hæc non ſit propterea donatio cauſſa mortis, quod à moriente facta eſt: *i* tamen hoc ſic eſt, ſi & abſolutè (vt dicitur) donatur, & ſine vlla conditione redhibendi: quod eſt, quum ita donatur à moriente, vt nullo caſu reuocetur donatio. non eſt; quum nihil expreſſum in donatione eſt, ſed quum expreſſum eſt, vt reuocari non poſſit. id enim ſi non eſt expreſſum, reuocatio fieri ſemper poterit ex natura actus, qui geritur. Et qui geſtus donationis cauſſa mortis intelligitur ab expreſſa cauſſa donandi. vt ego expreſſam deſidero ex ipſo nomine: & quia illa à cogitatione mortalitatis numquam intelligi poteſt aliter, quemadmodum nec cogitatio, quam ſi exprimitur: & etiam quia formulæ, ſi quæ apparent, expreſſam habere cauſſam ſolent. Quid ais? Ergo donatio cauſſa mortis apud Virgilium non notatur, apud quẽ cauſſa non notatur? Sed poeta non deſcribit inſtrumenta: at indicat vno verbo fa-

i l. 13. 27. de do. ca. mo.

ctum, quod nos colligamus, morientis eſſe, non illam inter viuos, ſed iſtam facere donationẽ. Eſt hęc donatio quodămodo interq; viuentiũ actus. *k* vt ſic à præſenti ſit præſenti *l*. queădmodum omnes actus viuentium poſcunt præſentiam partium, aut quod prẹſentiæ reſpondeat, procurator, nuncius. *m* Etiam ſic fiet coram duobus teſtibus. & excedens ſummam quingentorũ opus habet inſinuatione, &c. *n* Quæ in vltimis mouentium voluntatibus aliter ſunt. *o* Sed (nota Baldi diſtinctionem, quam totus mundus tenet) ſic quidem par eſt donatio iſta, dum initur: at inita iam adnumeratur vltimis voluntatib. tota. Etiam poteſt hæc donatio iniri cum abſente, & abſque inſinuatione, vt quælibet alia vltima volũtas: Sed quinque teſtes neceſſarii ſic ſunt. Quæ tu notaueris, vt aliquando intelligas, infirmum eſſe illud argumentum, *p* quo vtuntur, negantes donationem cauſſa mortis, quia quinque teſtes non adſint: ſicut ex contrario hăc aiunt donationem, quia adſint quinq; teſtes. *q* Quum ſit præſenti hęc donatio, vtique contractus eſt, & cõtractus non exigit niſi duos teſtes: niſi quid aliter lege cautum expreſsè eſt. *r* Sed quod alterũ dictum eſt, donationem cauſſa mortis non eſſe, vbi verba illa ſunt, *vt nullo caſu reuocetur*, aut alia ſimilia, ſic eſt intelligendum, ſi ſint verba inter cõficiendum donationem adhibi-

k l. 38.
l Bal. C. de Confeſ.
m W. Inſt. de don.
n l. vlt. C. de do. ca mo. l. vlt. C. de cod. & Nou. 87.
o Iaſ. L. 2. de leg. 1.
p Decia. 1. conſ. 3. & lib. 3. conſ. 3.
q Dec. conſ. 195.
r Decia. 239. 301. 470. vbi Mol.

adhibita. nam ſi confecta donatione addūtur,nihil de natura donationis mutatur: quæ reuocari adhuc poteſt;&manet donatio cauſſa mortis. quoniam clauſulæ acceſſoriæ, & quæ adiectæ ſunt executioni,non mutent:at intelliguntur ſecundum naturam actus cui adiectæ ſunt. Vt ſic magnus iuriſconſultus Decius reſpondit pluries. Quod tamen placere aliis non videtur. *s* Et in eo verſari quid ineptū videtur,quod ſic eſt, ac ſi dictum eſſet, *Nolo reuocare ullo modo, niſi velim reuocare.* Et tamen cum Decio dicitur adhuc, quod,etſi interceſſerit iuſiurandum de non reuocando, reuocari adhuc valet tamen. *t* id tamen quod communiter reprobatur. Nā & negatur fundamentum eius opinionis, quod iuſiurandū nō mutet naturam actus: & adfirmatur, imo à iureiurando fieri actum irreuocabilem,qui per ſe erat irreuocabilis. Ego diſputationem iſtam non ſequor in Diſputationibus de nuptiis. Tu vero quid ſi iſta non caperes? *u* Etiam ſolitus Cicero præcipere ea filio, ad quæ gnati nō erat apta ætas. *x* Et de amici filio ſcribit ad patrem: *Leptam noſtrum cupio delectari iam talibus ſcriptis, etſi abeſt maturitas ætatis. Iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi vocibus,non eſt inutile.* Sic rhetores.

s Alb. 22. de adopt.

t Cou. reg. pecc. p. 2. c. 8. §. 11.

u Cic. pro Pla.

x Cic. 6. fa. 19.

Magiſter. Magiſteria. Neſcire litteras. Litterator. Caſtaneæ nuces. Interpretatio legis.

CAPUT IV.

P*An curat oues, ouiumque magiſtros.* Dicam ſemel de magiſtris. de quibus tu audies ſæpius apud Virgilium, & alios. Magiſtros ouium hîc ait. Pecoris magiſtros in ſecundo Georgico. de quibus & in duodecimo Æneidos, *Pauidi ceſſere magiſtri.* in fine tertii Georgici, *ceſſere magiſtri*, de medicis pecorum eſt. vt de arte medica in eodem duodecimo etiam audis artem magiſtram. quod & de ferraria in octauo, & intelliges tamen vtrobique de vtraque in excellenti gradu: quemadmodum etymologiaque tibi declarabit verbi *magiſter*. Magiſter pecoris, ad quem omnia pertinent animalia inquit Seruius in illo octauo. qui ſupra paſtores eſt. *a* & à villico differt quoque. *Magiſter pecoris ſine litteris idoneus eſſe non poteſt, quod rationes dominicas pecuarias conficere nequidquam recte poteſt:* ait Varro. *b* Et id tu notes ad plures locos iuris ciuilis, in quibus *neſcire litteras* ſic interpretabere, neſcire legere, & ſcribere, & rationes conficere eius rei, quæ geritur. *b* Illiteratus, aut qui paucas litteras ſcit. is eſt, qui neſcit omnino, aut ſcit parum ſcribere: itidem in iure. Adde illa Cornelii Nepotis de Attico: *Vſus eſt*

a Var. 1. 2. de r. r. *adi. contra l. 6. in fi. de exc. tut.*

b Scip. 2. par. 23. Alb. 2. lect. Nou. 73.

Vſus eſt familia, ſi vtilitate indicãdũ eſt, o-
ptima. nãq; in ea erãt pueri literatiſſimi, ana-
gnoſtã optimi, & plurimi librarii: vt ne pediſ-
ſequus eſſet, qui non vtrũq; horũ pulcre facere
oſſet. Sed *neſcire litteras* eſt non eſſe grãma-
icus in illo Cæſaris, *Sylla neſciuit litteras?* ᶜ Torrent. ᶜ Iul.
neſciuit, quod eſt grammatici, dictare, &
erere dictaturã. vt ante Turnebũ explica-
uit Sabellicus. Et tamen grãmaticus ampli- ᵈ Apul. 4. flor
s quid eſt, quã litterator. [d] *Litterator pri-*
9 doctrina ruditatẽ eximit, ſecũd9 inſtruit
rãmaticus: ſcribit Apuleius Grammatiſtes,
tterator, qui prima elementa docet: in-
uit Suida. [e] Et ſic litterarii philoſophi, Se- ᵉ Fab. de iu & iu.
ecæ, qui in apicibus litterarum, & ſyllabis * Quinct.
ucupãdis operam inſumunt.* Et ſic ludus 1. c. 4.
tterarius Quinctiliano. Primus hic infor- ᶠ Tert. de pal.
ator litterarũ, qui abcedarius. vt arenari9 pa. 6. vbi lũ.
umerorum, qui numeros in arena finge-
at. [g] Ille eſt, qui pueros primas litteras do- ᵍ L. 2. de vac.
re dicitur ab Vlp. qui primis litteris pue- L. 11. de mun.
s inducere, à Modeſtino [h]. Et Latinè qui-
dici poſſunt litterarũ inductores, eo ꝙ ʰ Aug. 18. de ciu 19.
s inducant in corda diſcentiũ, vel in eas
tius ipſos, quos docent. vt tradit Auguſt.
ed is illa pulcrè, *Grãmatica Grecè, Latinè* ⁱ Aug 2. de muſ. & 2. de ord.
teratura nominatur: & ipſo nomine ſe profi-
i literas clamat: & quidquid dignũ litteris
id ſibi vindicat. Librariorum, & calculorũ
feſſio velut quædam grammaticæ infan-
eſt: quam Varro literationem vocat.

Gracè autem quomodo appelletur, non ſatis inpræſentia recolo. Tu γραμματέαν appellaris ex eodem Suida, Quamquam nec iſtam differentiam vbique ſeruatam deprehendes: nec illam inter litteratorem, & grammati-
k Priſ. procem. cum. *k* Litteratoria profeſſio grammatica,
l Diom. lib. 2. vt ait grammaticorum rex. *l* & litteratura, grammatica: & litteralis ars: nam à litteris incipit: vt inquit alius. Litteratorē vero Sueton. in libro de grammaticis dicit, qui non perfectus litteris ſit, ſed tantum imbutus: & itaque à litterato differret, qui perfe-
m Flau. Caſi. vbi Lamb. ctus litteris eſſet. At hic rurſum audiſti litteratiſſimos apud Cornelium Nepotē, qui tantum anagnoſtæ, & librarii. Itaq; vocabulorum iſtorum inconſtantiam à re teneas, de qua agitur. *n* Et de librariis & calculoni-
n Plaut. Rud. bus habe etiam illa Modeſtini: Μηδὲ λιβλαρίους μηδὲ καλκυλάριους, οὓς διαψηφιστὰς λέγομεν, &c. Plaut. per iocū dicit litteratum, qui cæſus virgis, cuiq; virgarum notæ (*flagellorū veſtigia* Petron.) veluti litteræ apparerent. vtque alibi, *ſtilis me totum vlmeis conſcribito. n* & alibi vrnam litteratam, in qua ſcri-
o Rhod. 7. lect. vlt Scalig. Catu. ptum erat domini nomen: *Hæc literata eſt: ab ſe cantat quoia ſit. o* Sic & *grammatica pocula*, & id genus alia: de quibus alii explicarunt. Apuleius autē & de ſeruis, *frontē litterati, pedes anulati*, qui ſtigmatici, & ca-
p Vlp. tit. 1. tenati. *p quibus veſtigia ſcripta fuerunt:* Vlpianus. Sed ad pingendas litteras quod eſt
q Vop. Aur. adde illa Aurelia. *q Dii auertāt, vt impuberes*

ſine

ſint patres patriæ, quibus ad ſubſcribendum
magiſtri litterarii manus teneant. Et nunc
redeo ad magiſtrũ. r Magiſter eſt, qui & prę r l.16. ad Treb. l. 1. de ex. co.
ceptor, & doctor, & profeſſor. s *Pherecydes* s Pli. 2. c. 79.
Pythagoræ doctor: Plinius. *Cato omnium bo* lib. 20. c. 14. lib. 25 c. 2.
narum artiũ magiſter: idem. *Porcii Latronis*
clari inter magiſtros dicendi: atque idem. t t Gell. 19. c. 8. 9.
Qui easdẽ auditiones, eoſdemq; doctores cole-
bamus: Gellius. *Quãdo erat a magiſtris, au-*
ditionibusq; obeundis otium: idẽ, & *magiſter*
Hiſpano ore. Et notes tamen ex legibus,
quod non omnis magiſter eſt & profeſſor: at
omnis profeſſor eſt & magiſter. ludi litte-
rarii magiſtri non ſunt profeſſores. Etiã tu
mihi notes de Gellio velut oraculum, quẽ-
admodũ reliqua omnia ſtudia eſſe poſt au-
ditiones debent u. *Nulla ars absq; magiſtro* u Hie. ep ad Ruſt. & præf. lib. Ser. ec.
diſcitur: Hieronymus. x *Vnaquæq; diſcipli-* x Aug. de vt. cre.
na, quãquã vilis, & facilis, vt percipi poſſit,
doctorem, aut magiſtrum requirit. Ne Teren-
tianum Maurum ſine magiſtro attingere au-
dent: Auguſtinus. y *Nullam artẽ litteris ſine* y Cic. 7. fam. 19.
interprete, & ſine aliqua exercitatione perci-
pi poſſe. Non longe abieris. num ius ciuile
noſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quam-
quam plurimi ſunt, doctorem tamen, lumen-
que deſiderant: Cicero. Hęc autem plura, &
vberius noſtri operis. *Nullũ præuiũ ſequens,*
peſſimũ (vt dicitur) magiſtrũ memet ipſum
habeo: idẽ Hieronymus. Etiã vero euẽtusq;
laudit magiſter malus. z. *euentu ſtolido re-* z Claud. 2. in Eutr.

a Caſſiod.6. *rum didicere magiſtro.* Habes de magiſtro,
b Ior.6. & doctore.& venit vocabulum de peritia.
Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum: noſter in quincta. *b* Et igitur magi-
b Tib.1.el.4.
c A.3. ad.ge. ſteria ꝓ documẽtis dixit Tibullus. *c* & Ar-
d Suet. Aug. vbi Caſ. nobi⁹, *magiſteriis artiũ erudita. d* Magiſteria alibi sũt magiſtratus municipales: quos indignos nomine magiſtratuũ Romani cenſebant. forte diminutiuo vocabulo imitationis Græcæ: apud quos μαγάριον, παιδάριον, παιδισκάριον, &c. *auus municipalibus magiſteriis contentus:* Suetonius de auo Augusti:
e Cic. Cat. & Ver.4. *e* Magiſteria poteſtas in iure noſtro eſt illorum, qui aut magiſtri ſacrorum ſcriniorum, aut cenſus, aut officiorum, aut militum, aut aliter nominatorum, & habentium ſuos titulos in duodecimo Codicis, &c. eſt inque ſodalitatibus nomen. *e Me vero & magiſteria delectant, à maioribus inſtituta:* Cicero. *f Magiſteria inter ſe exercent:* Plinius de canibus quibusdam in Gallia, qui ducem haberent. *g* In naue magiſterio fungi eſt fungi partibus magiſtri nauis. Is eſt, cui totius nauis cura mandata eſt: etiam à magiſtro. vt in legibus explicatur. Dici autẽ promagiſter is poteſt, qui magiſter præpoſitus à magiſtro eſt. vt ita de alio tamen promagiſterio, eſt alicubi, *h Iubẽtius Celſus promagiſter ſubſcripſi. i* Magiſtrum nauis Græcè nauclerum dici, aiunt. *k* πισικὸν appellat Harmenopolus, Græcus legũ interpres: *a*

f P.8.c.40.
g l.1.de exerc.
h Ald.ort.
i ... q. per
epiſt. ...
k ...

erpres: πιϛικὸς λέγεται, ὁ ἐμπιϛεύοντι τὴν πράγματα l. Vt non idem ſit magiſter, & gubernator. ecce, *Si magiſter nauis ſine guberna-tore in flume nauem immiſerit.* m Quicquid magiſtrum pro gubernatore dicit pluries poeta tuus, & pro rectore item alii. Rector regendo, & idem gubernator â gubernã-do. inde & n *archicubernus:* vt Græcis eſt βερνᾶ, quod nobis *guberno.* Virgilius ait, *ſe gubernaclo rector ſubit. ipſe ratem no-urnis rexit in vndis.* Ceterum quod ma-ſtratũ dicat pro gubernatore, tu hoc ha-e, auctores alios non ſemper vti vocabu-s ex regulis iuriſconſultorum. Et tamen agiſtriq; nomen aptum gubernatori eſt. o *m cui præcipua cura rerum incumbit, & i magis quam ceteri diligentiam, & ſolici-dinem rebus, quibus præſunt, debent, hi agiſtri appellantur.* magis autem vtrum-e deberi à gubernatore, quis dubitat? agiſterium præterea conſilium eſt, & p onitus Plauto illic, *Virtute id factum a, & magiſterio tuo.* alibi item pro ductu, pædagogia, *Iam exceſſit mihi ætas ex giſterio tuo.* vbi & ſeruus pædagogus c magiſtri nomine inſignitus. q qui & minus alibi dicitur domini ſui, *& domi-m dominus prætexta lege ſequatur:* id iure ætatis, dum puer adhuc eſt, nec dum gam puram capit. vt de hoc magiſtro t verba Manilii. Item Liuii quincto,

l l. 13. loca.

m Virg. Æn. l. 5. 6. Ouid. 1. de arte.

n l. 46. ad Treb.

o l. 57. de V. S.

p P. Moſtell. Bacch.

q Man. 5. vbi Scalig.

eodem magiſtro, & comite liberorum. [r] & de comitibus his Leges tractant. & Virgilius de Æpytide, comite, & cuſtode Iuli; [s] *Magiſtrũ*, Latini, quem Græci pędagogum: Donatus. Sic in eodem Æne. quincto magiſter, ſpueris præpoſiti ludentibus luſum Troiæ, cuſtodes, & gubernatores. vt etiam in nono, quos Æneas ſe abſente *rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſtros.* ſic ibidẽ, *Volſcẽte magiſtro*, pro duce. Nam in octauo, *ſub te tolerare magiſtro.* amplius de optimo quodam, & excellenti dictum eſt, vt quod de arte magiſtra notaui ante. Magiſtri in ludo gladiatorio [t] erãt, qui cõducti gladiatorib. cõmittendis: vt præpoſiti, qui ex officio idem præſtabant. deſignatores, qui ordinem deſignabant. locarii qui loca diſtribuebant. [u] Diſignatores, Græcè βραβευταί. de quibus & in aliis cauſſis tradunt alii, et ius noſtrum. Cicero: ac Seneca de ordinatoribus funerum. ius noſtrum de his, qui in officio continent ſpectatores ludorum. At illi magiſtri: [x] gladiatorum dicti & magiſtri Samnitum. qui plurimi dediti in eũ ludum. [y] Magiſter populi & dictator cui additus magiſter equitum. ille, quia omnes (vt magiſtro ſuo equites) audientes eſſe deberent, etiam magiſtratus reliqui. vt ſic Liuius in ſecundo libro, *dictator, moderator, & magiſter conſulibus appoſitus.* Soli tribuni plebis plurimum retinebant iuris ſui. Sed omnes, qui

[r] l. 15. de iniur.
[s] Don. in Phorm.
[t] Tert. de ſp. x ad marty. 1. vbi Iun.
[u] l. 4. de in. ſa vbi Bud.
[x] Cic. 3. de or. vbi Lamb.
[y] Cic. 3. de fin. Tur. 3. de leg. Bod. 3. de rep. 1. Rhod. 32. lect. 17.

qui magiſtratum vllum gerũt, magiſtri dici poſſunt, & ſolent. *nam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur*: quod idem ſcribit iuriſconſultus. z Sic & magiſtri vicorum tot in vrbe, quot vici. & vici quidem plurimi: vt habes & apud Victorem, & apud alios. Sed habes & vici curatores denunciatores duos, & duos curatores: qui alii à magiſtris. a Magiſtri vicorum & prætexta vſi. itaque & magiſtratus eſſent; ſi tribuni plebis negantur Plutarcho magiſtratus, quia prætexta non vterentur: & ſi ſic licet ex diuerſo argumento, vt, quia iſti magiſtri vicorum vterentur prætexta, ideo & cenſendi eſſent magiſtratus. Cur veſte magiſtratus vterentur? b Erant & magiſtri pagorum, quos pagarchos vocat Iuſtinianus: qui pagos regerent. c Sunt & illi magiſtri collegiorum, & ſocietatum: qui ſocietatibus præſunt. *Magiſtri non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, vicorum, ſocietatum, collegiorum dicuntur*: Feſtus. d Et magiſter ex numero creditorum, qui præfectus patrimonio debitoris vendendo. De qua ſignificatione ænigma Ciceronis in matrem Pletorii, relatum & expoſitum Quinctiliano. Magiſter vniuerſitatis eſt ſyndicus, qui negotiis vniuerſitatis curandis præfectus eſt. Addit porrò iuriſconſultus noſter aliam magiſtri etymologiam, à *monendo*, vel

z Liu 34. Ald. lort. *Nũcius Kalenda.*

a Ald. q. per ep.

b Ald. *d. Kalendæ.* Iuſt. ed. 13.

c l 14. de pact. Plin. 28. c. 2.

d Theoph. S. C. Cla.

e l. 9. rem. ra. ha.

monſtrādo.vnde & cuiuslibet diſciplinæ præceptores appellantur magiſtri. Et de his dixi. *f* & dici alia poſſunt. *g Caſſius ſententiam magiſtri ſui bene excuſat*: Paulus *h*.*M. Cornelii Frontonis,oratoris,conſulis,magiſtri imperatorum Lucii,& Antonini*:in quodam lapide Nomine magiſtrorum apud Tibullum interpretatur Ioſephus Scaliger iuriſconſultos peculiariter. *i* an quia & iuriſcōſultorum ſit dictare, vt magiſtri populi: & vt dictantes appellamur in legibus? An quia nobis præcipue rectio committitur reipublicæ? *k* iure canonico magiſtri dicuntur omnes doctores; item omnes cis alpes. quod Itali noſtri notant, & nos cernimus. Magiſter etiam à monendo dicitur,& monſtrando.Rectè & hoc. *l* nam proprium magiſtrorum munus monſtrare, monere. Et itaque intellectu relato magis ad hanc nominis rationem, quam ad nominis eiusdem ſonum. vt ita Vlpianusque bona à beando deduxit, quod & G. Fornerius notat;defendendo alterum in etymologia puerperæ:&qui hìc tamen legit *à magiſtrando*,ſecutus ſonum,non *à monēdo m*. Sed & multa ſic ſunt litteris commutatis interpolata: & ſunt etymologiæ occultatæ. Sic autem à monſtrando magiſter dictus ille Archadius, qui monſtrauit, vnde apes reuocari poſſent, ſi proles ſubito defecerit omnis. de quo in quarto

f Ouid. 1. el. 14. Seru. Æn. 5.
g l. 19. de arb.
h Ald. ort. *proconſul.*
i l. 22. C. de teſta. l. pe. de leg. 2. l. 1. de off. adſ. vbi Cui.
k Pan. c. 1. de ma. Pont. rub. de V. O.
l l. 5. ad le. Aq.
m Plat. in Crat. Var. 4. de L. L. Scip. orig. Giph. in Lucr.

Georgico. *à monendo* etiam ille, qui quos doceat ſub armis inſultare ſolo, & reſſus glomerare ſuperbos, &c. de quibus Georgico tertio. Is & domitor. *Lauſus quũ domitor*, in ſeptimo Æneidos: & Meſpus ſæpius: & illi ante vrbem Laurentum, ui domitant in puluere currus. *n* Et Manius ſic, *Quadrupedum omne genus poſitis mitare magiſtris.* *o* Manſuetarios vulgo os appellabant, vt ait Auguſtinus. qui & adit, quid ſit domare, quum non corpus eſtiæ tantum, ſed & anima ita ſubiugatur omini, vt voluntati eius ſenſu quodam, & nſuetudine ſeruiat. quomodo homo nũuã à beſtia vlla domatur. Et de hac re Virlium audies. Cum autem tam varie, & de m multis accipiatur magiſtri nomen, mim, quid in mentem quibuſdam venerit, in verbis his legis, *magiſtris, qui ciuilium unerum vacationem habent, item grammaticis, & oratoribus*, &c. pro articulo *item*, ponant, *id eſt:* quaſi iſti ſint magiſtri, qui ominantur, & non alii: aut quaſi iſti diinguantur aliàs, quod non oportuerit fieà magiſtris. Sed de hoc in commentario oſtro ad titulum De verborum ſignificaone: quem non expilo. Deus magis omnis, & per rationes omnes magiſter dicitur *magiſter, & imperator omniũ Deus:* Cice- *p* Sic autẽ Auguſtini (quod ipſe ſcrit) de magiſtro liber, vbi vnus oſtenditur

n Man. lib. 3.
o Aug 1. de lib. arbi.
p Cic. 3 de rep.
q Aug. 1. retr. 12.

r Io.10.& 15. magiſter deus. r Quo nomine & filius Dei voluit inſigniri, vt & paſtoris. s Nã & reci-
s Seru Æn.12. procęiſtę ſunt appellationes magiſtri,&paſtoris. diciturque paſtor populorum,&magiſter pecorum, Latinisque,Græcisq;&paſtor populorũHom.ſępiſſime.t *Chriſtus pa-*
t Aug.15.de ci.7. *ſtor ouium, hominum Abel paſtor ouium pecorum:* elegãter Auguſtinus.Sed de magiſtris plurima diximus:&ad ſummũ magiſtrũ adſcẽdimus: in quo cõquieſcamus. Aut
u Scal. de ca. li.La.177. verbũ adhuc de re alia? u Poſita ſpecie (inquit Scaliger) genus non debet apponi. Sed Virgilius propter carmen fecit, *caſtaneasq. nuces.* omnis enim caſtanea nux eſt. At tu diſtingue, *Caſtâneasque,nuces mea quas Amaryllis amabat.* Etiam ita potes, *caſtaneasque,nuces,mea quas.* x Nam audi Pli-
x Pli.15.c.23. 28. nium, *Nuces vocamus & caſtaneas, quamquam adcommodatiores glandium generi. Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ, cruſta teguntur glandes, cute vnæ.* &c. Vt ſi velis caſtaneas adnumerare nucibus, dicas cum priori diſtinctione, *caſtâneas, quas nuces amabat mea.* ſi autem malis ſeparare à nucibus, & cum poſteriori pones veluti duo genera, *caſtaneas, nuces.* dicat autem de nucibus Corydon, quod eas Amaryllis amarit, quæ & luſibus bonæ.

De arboribus cæſis,& furto manifeſto.

CAP.

CAP. V.

ACcuſant ſe malorum criminum inuicē paſtores iſti. Sed ego duotantū notem, quæ Menalcas Damœtę obiicit, arborū cæſarum, & furti. *a* Atq; ait lex: *Sciendum eſt autem, eos qui arbores, & maximè vites ceciderint, etiam tamquam latrones puniri.* Vt itaque capitale ſupplicium hic notat Seruius, ſi quis alienas arbores incidiſſet. Notes vero de lege, quod vitis arborum appellatione continetur. quod & in tertia, *Vitem arboris appellatione contineri, plerique veterum exiſtimauerunt.* Vbi idemq; de hedera, harundine, ſalice. *b* Sed de vite lex alia abſciſsè, *Arboris appellatione etiam vites continentur.* *c* Itaque nec nominentur iſta alibi veluti diuerſa ab arboribus, ſed illatiuè in definitione veluti arbores, *Qui arbores ſuccidit, vtique tenebitur,* quaſi in ſolo vi fecerit. *& qui harundinem, & qui ſalictum. terræ enim, & quodammodo ſolo ipſi corrumpendo manus infert. Idem & in vineis ſuccifis,* Non de harundine, ſalice, vite addit, quoniam arbores eæ non ſint: Sed quoniam de iis tamen arboribus vix capi interdictum oporteret, quod ad ea ſola opera pertineret, quę in ſolo fierēt. & hę arbores vix ſolo continerentur: *d Auſim vel tenui vitem committere ſulco.* at vero, *Altius ac penitus terræ defigitur arbos.* Etiam de iis arboribus prudenter eſt ex-

a l.2. ar. fu. cæ.

b l.1 de ar. cæ.

c l.7. quo vi aut clam.

d Virg Geo.2.

plicatum, quia ſępiſſime & nominantur ab arboribus diſtinctè, & communi vſu loquendi ſunt factæ quaſi non arbores, quæ arbores ſunt veriſſimè, & definiuntur arbores *e*. Vt inepta ſit illa fructuũ definitio Iacobi Cuiacii, *ſunt fruges, & quæcũque naſcũtur è terra, vite, arbore, & quicquid pecora ferunt.* Cur .n. verbis abutitur in oratione quæ eſſe debet breuiſſima? *f* Sanè & Gellius, de quo is hauſit, *Quicquid eſſet ex terra, vite, arbore.* Sed iuris interpres non ſequitur auctores iuris? & ſi ſequitur Vlpianum, cur non ſalicis etiam meminit, & harundinis? Ceterum alibi de hac ineptiſſima definitione. *Quæcũque naſcuntur è terra?* Et quæ plurima terræ monſtra ferunt? Et non etiam quæ ex aqua, & aere? Aut hæc facilius attrahentur terræ, quam arboribus vites? *g Vites iure apud priſcos magnitudine quoq; inter arbores numerabantur*: Plinius. Quod de priſcis tu notes ad illud legis, *plerique veterum.* Item notes verbum *numerabantur*: quod innuit, non ita fuiſſe tẽpore Plinii, ſed neque hæc interpretatio ſemper ſequitur. & de Iuriſconſultis contrariũ aperte retuli: qui & mox vixerunt à Plinio. Neque non referri verbum poteſt ad illa *magnitudine quoque*, vt tum etiam propter magnitudinem, quæ eſſet, inter arbores numerarentur. *h* Nec enim eſſe adeo tenera debet, vt herbæ potius loco ſit: & neq; ita humi-

e Cuia. para. D. de vſur.

f Gell. 2. c. 24.

g Plin. 14. c. 1.

h l. 4. ar. fu. cę. Vall. 4.

humilis, vt frutex magis mereatur appellari, aut virgultum: de quibus Virgilius in ſecundo Georgico. Mirũ verò, quod illa lex tertia ait de olea, vt ſtirpes eius arbores magis ſint, etſi radices nondum egerunt, & licet nulla arbor propriè dicitur, quæ radicẽ non conceperit. ſed & *caudicibus ſectis (mirabile dictu) truditur è ſicco radix oleagina ligno*. Olea, niſi ambuſta, habet radices ſecum ſemper paratiſſimas. Porro autem dici, pœnam fuiſſe capitalẽ, arbores cędere. *i* *i* Ham.6. tit.7.
Ἐάν τις κόψῃ ἄμπελον, ἢ ἄλλο δένδρον τὸ οἰονοῦν, χειροκοπείσθω. Ὁ κόπτων ἀμπέλους ἐγκάρπους ἀλλοτρίας, ἢ ἀνασπῶν, χειροκοπείσθω ζημιούμενος. Vbi notes de rugifera vite hæc tradi. & quid ni igitur & de alia arbore frugifera? Item notes, pœnã capitalem eſſe de manus abſciſſione. *k* quo & de vocabulo alia lex eſt, vbi alĩ, & nos tradimus. *k* L.103. de V.S. Hic ego, quod tamen de Plinio Fuluius Vrſinus, politiſſimus Picenus noſter, legem duodecim tabularum ita concipit, SEI. QVIS. ALIENAS. ARBORES. INIOVRIA. SECVERIT. XXV. AERIS. INDV. SINCOLAS. POENAE. SVNTO. Et quidem ſic videtur non fuiſſe capitalis pœna hìc per illam legem: & ſic Caiusque tradere, qui ad leges duodecim Tabularum ſcribit, *etiam tamquam latrones puniri*; & id additum de capitali pœna ſignificat. Et tamen Plinius etiam, *l* *frugem, aratro quæſitam partim noctu pauiſſe, ac ſecuiſſe, puberi duo-* *l* Plin. 18. c. 13.

decim tabulis capitale erat: ſuſpenſumq́, Cereri necari iubebant grauius, quã in homicidio conuictum, impubem prætoris arbitratu verberari, noxamve, duplionemve decerni.m An quia multos occidit, qui alimonia multis ſuccidit? An quia infrequentius homicidium: *n* & frequentiora crimina ſunt omnino acerbius puniẽda? vt ſic in Africa, grauius puniebantur meſſium incenſores, in Myſia vitium. Etiam multo laborioſior, & itaq; pretioſior frux ſeges aratro quæſita, quam arborea, aut ipſæ arbores, quæ aut ſponte ſua ſe tulerunt, aut noſtram nõn expectãt curã. Audies in 1. Georg. de improbis. & æternis laboribus ſegetum: in 2. de nullis ferè laborib. arborum. Aut verius hîc eſt, quod fur nocturnus hîc tenetur; cuius crimẽ multo eſt graui⁹? Ait lex, XXV. ÆRIS, quod eſt quinq;, & viginti aſſibus: qui erãt ærei. vt vſitata locutio eſt. *o* Atq; eiusmodi breuitate veteres in percenſenda pecunia moleſtiam numerorum vitabant. Solebãt illi numerum tantũq; notare, puta XXV. nec addere ÆRIS: quod tamẽ intelligebatur. vt hîc notat Vrſ. Mirum autem, tã leuẽ fuiſſe hanc pœnam, ſextam vix Gallici aurei vix duos Iulios monetæ aut Roma. vix 12. denarios Anglicos. *p* vt ſic de aliis intelligis, & de Manutio in orationib. Cic. *q* Verum nec erat pœna leuis temporibus illis probiorib. & pauperioribus: quũ & aſſes eſſent

I briles

m l. 4 de arg. lib.
n l. 16. de pæn. l. 1. de abig. l. 8. C. ad leg. Iu. de vi pub.
o Ant. Aug. 2. em. 6. & Hot. de re nũ.
p M. pro P. Quin. & pro Q. Rol.
q A. A. de leg. 12. tab. c. 30. 33. & Inſt de iniur.

libriles, id eſt, libram æris penderent. vt ad hanc legem ſcribit Ant. Aug. Is deq; auctis pœnis docet. quid ni, creſcentibus diuitiis, atq; malitiis? Ecce & hæc, leuiſſima olim, facta mox capitalis. Olim non fuiſſe capitalem oſtendit cum Caio Paulus, qui recitat dari ex 12. tabulis hîc *actionẽ:* quod verbum rẽ ciuiliter ſpectat, non criminaliter, nõ capitaliter. At de priore crimine ſatis. Niſi & hoc addi velis, quẽadmodũ creſcere crimẽ videtur ab eo, ꝙ & nouellas iſte incidit. μηδὲ τιν᾽ αὐξόμενον καρπὸν λάβησιν ἐρύμης inquit Phocy. Scil. omnem iſte fructum præripit laborũ exantlatorum. [r] *Nouellæ enim arbores carẽt fructu, quandiu creſcunt.* [s] His igitur Deus militiæq; tribuit vacationẽ, vt videtur, qui nouam domum ædificarint, vineam nouã plantarint, ne non ipſi nullum forte capiãt oblectamentum ex opera ſua. Aut ratio eſt, quia (vt addit Plin.) nouellis vitib. copioſius vinũ eſt, etſi veſtutiorib. eſt meli⁹: & maius damnũ ꝓpter ętatẽ ſẽper eſt. Neq; tamẽ maiorẽ dico pœnã. quæ nec ſit, nec eſſe debeat ſcilicet. & non ſemper delictũ maius habet pœnam maiorem. At ad alterum crimen, quod eſt furti. *Non ego te vidi,* &c. Et quod patruus tuus, donationẽ cauſſa mortis, nouauit iuris in ecloga pręcedenti, id furti manifeſti adnotat hîc [t] Iacobus Cuiacius. De manifeſto furto hæc ſunt, vt ille ait: quum & eſt additum, *Et quum clamarem,*

[r Pli. 16. c. 26. & c. 27.]
[s Deut 20.]
[t Cuia. 11. obſ. 28.]

videlicet viſusque fur non aliter pro manifeſto haberetur, quam ſi dominus, qui viderit viſo acclamauerit, *Quo te fur proripis?* vel quid ſimile. *u* vt Briſſonius hanc habet ex Petronio, *Prehende furem:* Putat acclamationem neceſſariam Cuiacius, *x* ſicut ex duodecim Tabulis clamor exigitur ante quam furẽ occidere poſſis. *y* Sed hoc prius, eſſe ſatis hîc, ſi aut alius viderit. vt neque hîc Damon dominus vidit. Item nec videri acclamationem neceſſariam furto efficiendo manifeſto. etſi neceſſaria eſſe poſſit furi capiendo fugienti: etiam euincendo manifeſto. ſi capitur in ipſo opere, quid opus acclamatione? Nec enim ſimile eſt, quod de occidẽdo eſt traditum: vbi clamor deſideratur, ne temere, aut per dolum facta cædes intelligatur. Ceterum dubitatio naſcitur maior, ſi furtum ſit manifeſtum ſolo viſu absq; apprehenſione. Et idẽ Cuiacius ſatis adfirmat: aitque, tantum in Inſtitutionibus ſic ſingulariter doceri ibi, *viſus, vel deprehenſus.* Quod nec probat ſatis mihi. Nã articulus Vel, fuerit interpretationis, non alternationis. cum ſemper in Pandectis, de quibus interpretandæ ſunt Inſtitutiones, & extra vnum illum locum ſemper in Inſtitutionibus, & quidem ſępiſſimè vtrobique habeamus ſolum verbum *deprehendendi.* vt ſemel irrepens *videndi* non habeat quidquam mutare: poſitum præſertim

u B. form, 8.

x l. 4. ad leg. Aq. Alex. 2. conſ. 140.

y Inſt. de Iur.

ſertim autem alterum, in ordine huic ampliationi faciendæ inepto. Sed & altera adhuc difficilior quæſtio illic eſt Cuiacio contra Bartolum de puniendo inuento cũ armis, an & iſtum apprehenſum eſſe neceſſe ſit. z Vexatiſſima quæſtio eſt. Tu adieris ad tractatores rerum criminalium, & alios doctos interpretes. Nam Cuiacius nihil affert de ſuo. Ego non dubitem, quin in præcedenti quæſtione deprehenſus idem ſit, qui hic inuentus, aut (nec.n. ſeruatur diſtinctio grammaticorum inter verbũ *inueniẽdi*, & verbum reperiendi: quod Alciatusque notat) repertus definietur. a Sic eſt *deprehenſus in adulterio*.

z Clar. §. fi. q. 82. Decia. 8. pr. 4. Alc. l. 1. de ad. po. Menoch. 2. de arb. 4. 394. Cæpo. C. de ſe. fug. Reb. l 233. de V. S.

a l. 23. 24. 25. 29. de adul.

Iniuſta nouerca. Mali quidã ſoni. Sperare malum. Tuſum iurgium. Quæſtio iuris.

CAP. VI.

EST *iniuſta nouerca.* a Nouerca, quaſi nocens arcus: vel quia noua eſt arca, quaſi ſine fructu. Rides meos magiſtros, puer? b Nouerca (audi tuos) νέα ἀρχή, noua Princeps aut noua diuiſio: ab *erciſco*, quod eſt diuido. vt ſic in iure iudicium *familiæ erciſcundæ*, hereditatis diuidendę: vt ſic & ad res referebatur nomen familię. At de iniuſtitia nouercarum mei notant leges bené. c Tu adde illã Euripidis, & aſſueſce Græcis: Ἐχθρὰ

a Acc. inſtit. de nupt.

b Scal. de ca. l. L. 32. exerc.

c l. 195. de V. S.

d E. Alceſt. & Ion,

γὰρ ἡ πιοῦσα μετρυιὰ τέκνοις τοῖς πρόσθ' ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα. & alio loco. Ὀρθῶς. φθονεῖν γάρ φασι μετρυιὰς τέκνοις. & adhuc, προγόνοις δ' ἅμαρτες δυσμενεῖς ἀεί ποτε. Sed hîc reſpõdet priuignus: ἡμεῖς δὲ μετρυιαῖς τὲ πάσχοντες κακῶς. Et imò tamen inuicem odia hæc, etſi maleficiis non prouocẽtur.[e] quod in iure noſtro docetur prudentiſſimè. Et igitur, ſi priuignus nouercæ donet; cenſeatur donare patri. ergo nec donatio valeat, quæ hic facta intelligitur, patre conſenſum præbente, vt ſibi donetur. ſcilicet nouercæ odioſiſſimæ non voluerit priuignus donare. Et de hoc odio Virgilius alibi, & alii, & prouerbia. Sequitur autem hìc, *Pollio amat noſtram, quãuis ſit ruſtica, muſam.*[f] Sed imó Pollioni ([g] acris vehementiæ viro, & diligenti) etiam Ciceronis dictio parum ſapit, Liuius autem Patauinitatem, Virgilius Mantuanitatem olet.[h] Etiã librum ſcripſit, in quo Salluſtii ſcripta reprehendit, vt nimia verborum affectatione oblita. Animosè igitur Scaliger, quod ſi iis, quæ ipſius Pollionis extant, non dixit Pollio meliora, profectó optandum ſit, cum hiſce minus Romanè loqui, quam cũ illo eum ad modum, quẽ legim⁹ ex fragmẽtis. Legis Pollionis epiſt. 3. in 10. fam. Cicer. Idẽ autẽ Scal. fuit & antiquorũ iudicium.[i] audi Sen. *Oratio Aſinii Pollionis ſalebrôſa, & exiliens, & vbi minime expectes relictura. omnia cadunt.* Hìc notatur cõtra Virg. malus quidam ſonus in iunctura illa *quam* VIS SIT.

e Dec. conſ. 245.

f Quint. 8. c. 1. Scal. 4. poet. 17.

g Plin. 36. c. 1. Quint. x c. 12.

h Suet. de cl. gr.

i Sene ep. 115.

SIT. imo vero nec ſonus, at quē delicata Fernelii medici cacozelia flatum ſilentem appellat. *Anima vt concluſa in veſica quando eſt arctè ligata, ſi perculeris, aera reddet:* Varro. & aerem pro ſono Nonius interpretatur. Eiusmodi anima ſine ſono dicitur in hoc Virgilii. [k] quam vt vitaret Horatius, maluit *quamuis eſt*. Quid tamen ſi Virgilius in ore paſtoris tantā mundiciē nō affectauit? Quid ſi nec eſt ſonus ille malus? nam imo à *veſica* fuerit *veſium*, quomodo & Galli pronunciant hódie, nón Ioſephi Scaligeri [l] inuentoris *viſium*. Aut æque oleat *viſio*. & ſi quod eſt aliud ſimile, & *viſo*, & *diuiſio*, & ſonantius ipſius Virgilii *diuiſſio*. [m] vt ita eum ſcripſiſſe, Quintilianus teſtatur. De quo hactenus. Alia huiuſmodi ſunt in tuo poeta. *Cum nix*, primo Georgico. *Cum manibus*, primo Æneidos. *Cum nocte*, in ſeptimo. *cum nomine*, in duodecimo. quæ oculis meis ſe omnia obtulerunt. Item illud aliud in ſecundo Georgico, *glauca canentia*. in primo Æneidos, *quocirca capere*. in ſecundo, & ſexto, *Dorica caſtra*, *Achaica caſtra*. in tertio, *cæca caligine*. in nono, *Cæca condemur*. Pro quibus obtendimus primum veteres, [n] qui etiam dixerunt illud in primis vituperatum *cum nobis*. obtendimus politos noſtros veteres Iuriſconſultos & recentiores huius ætatis politos omnes, qui curioſulæ illi obſerua-

k Hor. ar. vbi Acr.

l Scal. Cat. Scip. 1. par. 38.

m Quin. 1. c. 12.

n Priſc. 12. Cic. Orat. Ouid. ep. Pari.

tioni ſtylum ſuum non obſtringunt. etiam Ouid. habet *Dorica caſtra*. At vero in Georgico 1 & Æneid. 7. facile leges, *Dum nix, Dum nocte*.o Vt duo iſti articuli *Cum*, *Dum* confuſi ſunt. Vt ſic poſſes apud Catonem, p *Domino cum ſolutũ fuerit, aut ita ſatisdatũ erit, quæ in fundo illata erunt pignori ſunto*, vel interpretari CVM pro DVM, vel hũc articulum pro illo reponere per leuiſſimã mutationem. At in locis Virgilianis ſcribe, quod fit rectius, QVOM. ſcilicet ita ſcribi debet aduerbium temporis: vt in Ortographia tradidit Victorinus. q Et Quinctilianus ita, *illa quoque ſeruata eſt à multis differentia, vt* CVM, *ſi tempus ſignificaret, per* QVOM: *ſi comitem, per* CVM: *ſi vero cauſſam; per* QVVM *ſcriberetur*. Nunc adde verba illa *Connubium, connitor*, & ſi quæ alia ſunt eius ſoni. r Adde, ecce lego apud Gellium, *cum numeris*. & ſunt iſthæc tolerabiliora, quam vituperatum nominatim *cum nobis*, quod facilius componitur in *nobiſcum*. reliqua verò ſæpius, niſi putidiuſculi ſumus, & in iſtas ſubtilitates attentiores, non vitantur? notatur tamen & apud Ciceronem *cum vobis*. Atque per iſta ego olim defendi ab tali accuſatione libellum de *Conſolatione*: qui nuper Ciceroni prodiit inſcriptus: u quique Ciceronis negatur à nonnullis, & à nonnullis aliis contenditur Ciceronis.

o Seru. Æn. 1.
p C. de r. r. 46.
q Q. 1. c. 13.
r Gell. 2 c. 8.
s Cic. 1. de orat. Vict. ad Varr. de r. r.
u Palæot. de bo. ſe. p. 1.

nis. Verum & ipſa pronunciatio defen-
det aduerſus has accuſationes plurimum,
ſi ſit ſeiuncta: id quod fieri in *cum nobis* non
poteſt tamen: quoniam præpoſitio ab-
iungi ſuo vocabulo non debet. Sed ſemper
tamen ſit vox ſuſtinenda, ne etiam dis-
iuncta coniungantur verba. ſicut monen-
da eſt, ne diuidatur, quod vnum eſt. & v-
trobique fiat luſus malus, compoſitione
in illis, *Achaica caſtra*, diuiſione, puta in
nomine *oſculi*. x de quo luſu Scaligér in x Scal. 4. po.
poetica. Silentia quoque ſunt in verſibus. 33.
de quibus Auguſtini muſica leges, & Quin-
ctilianum de pronuntiatione. & quæ tibi
multa diſtinguent, adeoque tollent ſonos
malos multos. Et, quum ipſa orthographia
tibi diſtinguit, illic facies tu malum ſonum,
ſi iunges, non inuenies malum. Sic lege,
Quocirca, capere; item *glauca*, diſtingues ꝓ-
nunciando à *canentia*. nec .n. *quocirca* iun-
gitur ad *capere*, nec *glauca*, adiicitur ad *ca-
nentia*. Magna autem ſemper vis eſt pronũ-
ciationis, etiam in vno, atq; eodem verbo:
vt plura excuſet magnorum ſcriptorũ, quę
alioqui vitioſa eſſent. Vitioſum aiebat Pro- y Ariſt. poet.
tagoras illud Home. Μῆνιν ἄειδε θεά· quaſi Ho-
merus voluiſſet deæ imperare. quod tamẽ
ꝓferri poteſt, & debet modo precandi. vt
pariter apud tuũ proferes, *Muſa mihi cau-
ſas memora*, & reliqua plura. z Quod .n. alii z Scal. de ca.
modos hic diſtinxere, & aliũ fecere impe- l. L. 114.

ratiuũ,aliũ precatiuũ,ineptię imperitorum ſunt. Sola ꝓnuntiatio poteſt iſta bona pręſtare. De qua quidẽ ꝓnũtiatione nec ex noſtra ꝓnũtiatione ſtatuẽdũ quid eſt in illa veteri:& nec ex alia, quæ ſecuta ſit florẽ illum reip.& literarũ. Facta.n.mutatio paullatim eſt,& obtigit tandem tanta, vt ſi hodie orãtẽ Cic. audiremus, vix intelligeremus alicubi.*a* q͛ Alciat. veriſſimè iudicat. *b* Aut non putamus, eodẽ modo Latinos ꝓnuntiaſſe, v.g.*tẽpus*, mẽſurã motus;& *tẽpus*, partẽ capitis? *ſolũ*, terrã;& *ſolũ*, vnum? Idem in Græcis traditur. idẽ hodie cernimus in vulgarib. *c* Gallus ſcriptor tractat eleganter ſanè hoc argumentum:& neſcio, an quiſquã melius. Oſtẽdit, nec eãdẽ fuiſſe ꝓnũtiationẽ aut tẽpore Auſonii, Priſciani, aliorũ, qui de ꝓnũtiatione ſcripſerunt per ea tempora, & eorũ, qui vel ſuperiori, vel ætate Plin. vixerunt. & ꝙ illi grãmatici pronuntiationẽ ſuorũ temporũ notarint, nõ veterũ. & quod veterũm pronunciatio aliter erat, ac ſcriptio. & id genus aptiſſimè alia. *d* Addè, quod habet Auguſt in 1. Æn. ꝟ. *qui primus ab oris*. potuiſſe aures quoq; imperitorũ diſcernere, ſi quis ſubſtituiſſet *primis*, & longa vtraq; pronuntiaſſet, vt vtraq; longa ẽſt, cum in *primus*, ſecunda ſit breuis. Hodie imperit⁹ iſta diſtinguit, aut quis alius ſono? De his tamẽ nũc ſatis. Aut cur ſonum momento tempore lapſum ita ſeruamus, & illa prętериimus, *ſanie eructans*

a ΥΑ x. parec 20.
b Can. Alp. Δ.
c Paſq 3. ep. 4.6.
d Aug. 2. de muſi.

eructans ac fruſta cruento per ſomnum com-miſta mero,&c.in 3. Æn.Rem pulcram,quã lectiſſimus heros coram illa regina poſtcœnam narraret,oculisq; ſubiiceret. Nũ verò dicam aliquid tibi de propoſitis ænigmatis in fine cõtentionis?*e* Alii,& de noſtro Alc. tibi dicunt interpretes.Ego iſta recitẽ Aug. *Hoc eſt Tuſcũ illud iurgiũ,quod dici ſolet,quũ q̃ſtioni intẽtatæ nõ eius ſolutio, ſed alteri⁹ obiectio videtur mederi. Quod etiã poeta noſter decẽter in Bucolico carmine hoc ruſticanum, & plane paſtoritiũ eſſe indicauit, cũ alter alterũ interrogat, vbi cæli ſpatium non amplius, quàm tres vlnas pateat: ille autem, Dic,quib.in terris inſcripti nomina regũ, Naſcantur flores.* Id nec in villa aliis dicere vult Auguſt. &ãminus in gymnaſiis. Porrò autẽ quid eſt in verſu penultimo vt quis metuat amores dulces? Metus eſt mali expectatio: dulce autem eſt bonum. Ceterum & ſpes dicitur de malo: *Nunc ego ſi potui tãtũ ſperare dolorẽ*,in 4.Æn.*g* quo auctore Priſcian. etiã hoc adnotauit: Sed & Seruius. Vt mihi mirum ſit,ſi Lipſianę latinitatis cenſor in lib. Virg. emendatiores poſt annos amplius mille nunc incidit. in quib. inuenerit *ſpectare*:quod & reponit pro *ſperare* hóc .n.ferre non poteſt.*h* Sane & veteres dicũt,etiam Quinct.impropriè poni *ſperare*: pro *timere*, abuſiuè,vitiosè. addit cenſor, Henricus Stephanus in libro *de Lipſii Latinitate*, veteres quidem toleraſſe &in

e Alc. 1. parte 18.
f Aug.3.con. Acad.
g Priſc. lib. 18.Seru Æn. 1.4.2.
h Diom. 2. Seru.d. 1.Q. I. c.2.

aliis quibuſdam verbis aliquem abuſum; Sed iſtum vix eſſe tolerabilem, per quem contraria verbo cuipiam datur ſignificatio. Itanè vero? Atticos tamen ſpem de quauis expectatione dixiſſe, notat Suida. Atticos? *i* & Ionici dixerunt, & alii. Plato, Thucydides, Sophocles, Lucianus, Herodianus. de quibus videre eſt in lexicis. vbi ſpesque pro metu eſt. *k* Ἐλπόμενοι περὶ ναῦσι ποδώκευ Πηλείωνα. Cum ſexcentis aliis, quæ vir omnium Græciſſimus optimè nouit, & meminiſſet, ſi mens non leua fuiſſet. *l* Nec dubito, quin Tertullianus, Auguſtinus græciſſent; apud quos itidem *ſperare* eſt pro *timere*. *m* inquit Auguſtinus, *afflictio, quæ ſub Antichriſto futura ſperatur.* *n* Ammianus, homo Græcus, ſcriptor Latinus, ſic ſæpe. Lampridius autē in Alexandro, *At ille metu perterritus, & ſperans, non poſſe euadere.* Aut tu, *& non ſperans, poſſe euadere*, leges? Aut iſtos inferioris æui mali mittes? item Græciſſantes, atque vertentes de Græco? *o* Ergo nec Ruffinum tibi dico, qui in verſione Ioſephi ſic loquit. Nō? tamē dicā I.C. *p Eius, quod noſtrum eſt, a bircà nobis dominiū ſperatur:* Paul. *q Quod meum eſt, ſperatur, meum eſſe deſinere:* Marcel. *r Controuerſiā pati ſperat* Vlp. & idem, *Danū contingere ſperatur.* & idem adhuc, *coheredi ſperāti partū*; in quib. locis minimū eſt pro *expectatur.* *s* Alioqui audimus, *vereri, timeri damnū.* Poſſem illud

Terent.

i Hipp. in præn. & lib. 2. præd.
k Hom. Ilia. 16.
l Tert. de cul. fæ. & de pall. vbi no.
m A. 16. de ci. 24.
n A. 14. 16.
o Ioſ. 14. 19. 21
p l. 66. de re. vi.
r l. 61. de con. em.
q l. 3. ſi. c. p. q. p. l. F. & l. 13. de da. inf. l. 1. ſimu. ve no.
s l. 2. 15. de dam. inf.

Terent *Nã quod te ſperas, propulſabo facile.*
illud Cic. *ſin a nobis (quod non ſpero) deſerar:* t Pla.1.de legi.
cui ſimile illud noſtri, *Tantos rumpi non ſpe-*
ret amores. illud Iuuenalis, *iã quartanã ſpe-*
rantibus ægris: de quo (ſi Deus volet) in alio
opere. illud Liuii in ſecundo, *Bellũ a Tar-*
quiniis ſpe omnium ſerius fuit. illa omnia
prętereo, quorum aliqua etiam poſſent ob-
ſcurari nobis. *t* At docet Plato, commune
ſpei eſſe nomen ad expectationem volu-
ptatis, & doloris. Quomodo & poeta no-
ſter illic, *atſperate deos*, vſus cõmuniter eſt.
& rectius interpretatur Seruius pro *memẽ-*
tote: quã *v* qui notat hodie pro *timete* ſim- v Ia.Gui.in Plau. Cali.
pliciter. Simpliciter pro *timere* eſt in vn-
decimo, *Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda*
fuerunt Tempore, cum ferro cæleſtia corpora
demens Appetii. Et hic tamen, & non nuſ-
quam alibi ſpes notetur concepta malè ma-
gis, quam verbum poſitum pro timore.
Plautus, *deos ſperare*, dixit pro *diis confide-*
re, quod is idem nuperus exponit rectiſſi-
me. Et ſic igitur ſit & verbum hic medium
metuo. quoniam vt in ſpe metus ineſt, &
ſperanda metuimus: ita in metu inſit ſpes,
& metuendo ſperemus. *x* Aut quia omnis x Plau. Ciſtel.
amor melle, & felle ſimul conſtat? quem
itaque Græci γλυκύπικρον ingeniosè appel-
lant. *y* Alciatus autem, *Aurea ſunt Veneris* y A. embl. 206.
poma hæc: iucũdus amaror Indicat: eſt Græ-
cis ſic γλυκύπικρος *amor.* z Atque apud Euri- z E. Hippol.
dem, Τί τοῦθ' ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν; ἥδιστον ὦ παῖ,

ταὐτὸν, ἀλγεινὸν θ' ἅμα. & Plato in Timæo, ἡδονῇ, καὶ λύπῃ μεμιγμένος ἔρως. *a* Atq; magiſter amorũ, *Res eſt*
a Ouid. ep. 1. *ſollicita, plena timoris amor.* Sed id gen⁹ alia plura ſunt, & ſpecialia in amoris, & generalia in
b Symm. 4. ep. 23. alio omni gaudio. *b Hanc omnibus humanis gaudiis legẽ natura dixit, vt curæ voluptatẽ ſequãtur.* Symmachus. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis alterã ſortẽ.* Ne plura cõgerã tibi, ecce & prouerbiũ, *c Vbi vber, ibi tuber.* neq;
c Apul. 4. Flor. hoc vnũ. Quid ampli⁹? *d* Etiãtimor timetur.
d Sau. phy. 15. hoc timetur, ne ſit aliquando timendi neceſſitas. de quo philoſophi.

a Euſeb. 4. de vi. Cõſt.

Prædicta Sibyllarum de Domino IESV. CAP. VII.

ECloga hęc 4. natiuitatem domini IESV, & regnum habet verè. *a* vt ita quamplurimi olim Chriſtiani agnouerunt: & ſic Chriſtiani Græci eclogam Gręcè verterũt. quam leges apud Euſebium. Recitat autẽ interpres de Auguſtino, Spiritum ſanctũ per os inimicorum locutũ: & de Hieronym. Virg. ſine Chriſto Chriſtianũ fuiſſe. Et tamẽ Virgilii mens malè torquet ad Saloninum, quæ de IESV prædicta cenſentur Cumææ Sibyllæ. Ergo in alia diſputatione aliud mihi iudiciũ de ei⁹modi Chriſtianis. At Sibyllę
b Cl. A. ſtr. 1. fatidicæ fęminę inter ethnicos memorãtur multæ. *b* Clemens Alex. turbã dicit earum.
c Lact. 4. Inſt. 6. Rhod. 9. lect. 19. Et veteres illi patres, quib. res erat cũ gẽtib. ſæpe, ſic ex prophetis his gentiliũ plura ſolebant ad Chriſtianã religionẽ adfirmãdã afferre. *c* De Erythręa, quod Domin⁹ noſter

Dei

Dei filius, & (quod Platonici ex oraculis) Deus homo, hoc ipſum *iam noua progenies cælo demittitur alto*, quod de virgine naſceretur, quod IESVS nominaretur, &c. Atque idem fortè Cumæa. aut Virgilius vni adſcribit dicta alterius per non inſolentem figuram. aut Erythræa Cumæa, quæ Cumis vaticinata verè: etſi ius nón dixit (*d* quod tamen præceptor meus ſcribit) in baſilica ſancti Ioannis Laterani. *e* De Erythręa idem Lactātius, quemadmodum per miſſos legatos reportata ſint Romam carmina ipſius. De Cumæa audies latè in ſexto Æneidos, & de eius ſortibus in penetralibus templorum Romæ repoſitis. Sed & alia alibi. Videbis doctiſſimi Panuini libellum *de Sibyllis*, & Cęlii Rhodigini plura *in antiquis*. *f* Statuas poſitas Sibyllæ in vrbe habes apud Plinium. *g* Erant vero verſus nō Latinè ſcripti. *h* atq; ipſe Cicero fecit Latinos de Græcis. *i* Recitat alicubi Auguſtinus ex illis dictum in tres Cornelios celebre, τρία κάππα κάκιστα. *k* At verò qui hodie circumferuntur, veri eſſe Sibyllarum verſus negantur. Erant alioqui, qui habebantur veri, venerationis magnæ gentibus: vt audis aut de hoc vno Suetonii in Auguſto: *Quicquid fatidicorum librorum, Græci, Latinique generis, nullis, vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, ſupra duo millia, contracta vndique cremauit, ac ſolos retinuit*

d Acc. in Authe. de iudic.
e Lact. c. 12. de ir. de.
f Plin. 34. c. 5.
g Dio. lib. 39.
h Cou. 4. reſol. 17.
i Aug. de gram.
k Bod. 2. dæm.

Sybillinos. hos quoque delectu habito. condiditque duobus forulis ſub Palatini Apollinis baſi.[l] De quibus aliique.[m] Attamen a noſtris ficta eſſe, ethnici contendebant, quæ in vllis ſuorum libris eſſent pro noſtra religione. vt recitat Auguſtinus. Quamobrem nec Paulus, nec apoſtolus alius fortaſſe voluit, quod fecerunt poſt alii, de libris iſtis Sybillinis facere vel mentionem: ne ſim ilē audiret apoſtolus reſpōſionem. aut verius, ne veritatis diuinæ teſtimonia caperet à pythonibus, & dæmonibus. Certe, ſi probaſſet ([n] quod adnotatur ad Acta apoſtolica) Paulus Sybillarum χρήσμους, mirum ni & aliquam eorum ſignificationem dediſſet ethnicis, ad quos aliquando diſputabat. Et itaque nec probem ipſe conatum illorum, qui de iſtis libris adprobare veritatem voluerint theologi. inquam, theologi: nam Lactantio, & aliis ſimilibus potuit opera non verti vitio, aut rhetoribus, aut tractatoribus popularioribus.[o] Tantum abeſt, vt non ego improbem cum Scaligero vel maximè, quod excellentiſſimus Sanazarius in manu virginis matris IESV libros, nō Eſaię, aut Prophetæ alterius, ſed Sybillę appoſuit. His Sybillinis libris & de tempore notatum erat, quo Dominus venturus erat, *Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.*[p] Et M. Tullius, ex verſibus Sybillinis dicere aliquem voluiſſe, de rege tum habendo, & appellando,

[l] Dio. lib. 54.
[m] Aug. 1. de con. eu. 20
[n] B. 14. A. 17.
[o] Scal. poet. 6.
[p] Cic. 2. de diu & 1. fam. 1 Suet. Cæſ. 79.

lando, ſi ſalui eſſe voluiſſent, ſanè narrat: etiam & religionem obiectam eiuſmodi aliquam in ſenatu, vt interpretes exponere memini. quicquid ipſe Cicero & de temporibus, & de aliis incerta decernat omnia Sybillę, & fraudoloſa: *Hoc* inquit, *ſi eſt in libris, in quem hominem, & in quod tempus eſt? callide enim, qui illa compoſuit, perfecit, vt, quodcunque accidiſſet, prædictum videretur hominem, & temporum definitione ſublata. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, vt iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur.* Verum & de tempore, & de homine, & de loco adde iſta Suetonii in Veſpaſiano: *Percrebuerat Oriente toto vetus, & conſtans opinio, eſſe in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur.* Quæ rapta ad Veſpaſianum male: rectiſſimè imò à Iudæis ad ſe trahebantur, etſi diſtrahebāturque mox peſſime. Ecce apoſtoli, Iudæa profecti, & rerum potiti. Ecce ipſe illinc Dominus IESVS qui ad ſe trahit omnia. Diabolus autem omnibus modis tentauit verū obſcurare regem: & hic cum imperatorculo iſto Romano, veluti cum aliqua nubecula ſolem, rerum dominum obumbrare. q Etiam miracula diuo huic dedit Veſpaſiano. Sed reſponſa data per totū orbem, naſci inuictum imperatorem, quæ hic recitat Seruius: ſed alia non Veſpaſiano, non alii vlli apta ſunt homini. Soli conuenientiſſi-

q Tac. hiſt. 4. Suet 7.

ma ſunt CHRISTO noſtro. qui ſolus formidine perpetua terras ſoluit, & ſcelera noſtra facit irrita, &c. Tandem vero nec dubitandum videtur, quin Virgilius confecerit verſus plures hic de verſibus Sibyllinis. r Delphicę Sibyllę verſus plures inſeruiſſe dicitur operi ſuo ipſe Homerus.

r S.oli c.8.

Opidum. Vrbs. Ciuitas. Vicus. Villa. Pagus. Omnis feret omnia tellus. Purpura. Vetuſta verba quædam. Expoſitæ leges & plura alia.

CAP. VIII.

a l.239. de V.S.

QVæ cingere muris oppida. a Videlicet *opidum ab ope dicitur. quod eius rei cauſſa mœnia ſint conſtituta:* vt ſcribit Pomponius. Quamobrẽ & vrbi ſit aptũ nomen: vt notat Varro in 4. de lingua Latina, foſſa, & muro muniti opidaq; vrbesq;. b Atq; vrbis nomen aut ab orbe; id eſt foſſa illa in orbẽ ducta: aut ab vruo, aratri curuatura, quo vtebantur in deſignando, & comprehendendo loco futurę vrbis. Adi ad Ouidium, quarto Faſtorũ: ſed & ad hũc noſtrũ, primo, quarto & ſeptimo Æneidos. vbi de tota ſtructura leges. de qua & alii auctores. Et ea tamen videtur poſt inducta differentia, vt vrbs de maioribus diceretur, quemadmodum & magnitudine opidũ ab arce quoque diſtingui videtur. c Ecce, *Opidum Cecrops a ſe appellauit*

b Mag.ſ. miſc. 13.

c Pli 5.c.26. & lib.7.c.56.

lauit Cecropiam: quæ nunc eſt arx Athenis: Plinius. & idem alibi, *Opidum nunc in arcẽ redactum.* Ducit quidem arx nomen ab arcendo hoſtes: ſed & opidum ſic eſt dictũ ab ope. vt re idẽ ſint iſta, ſono nominis diuerſa: quæ & magnitudine diſtinguãtur. Sic vrbs, & opidum. *d* Ecce, *Creta conſtipata centum vrbibus: ſicuti perhibent, qui prodigè lingua largiti* (fortè *largi*) *ſunt: ſed magnis, & ambitioſis opidis:* ait Solinus. Et nihil hìc certũ tamen eſt. *e* Alexãdriã, & Antiochiã etiã dixere opida: quæ vni cedebant Romæ. *f* Tu adieris ad vnum Plinium. Vrbs & differt à ciuitate. *Vrbs ædificia, ciuitas incolæ:* inquiebat Cicero *g* Ciuitas, non ædificia, ſed corpus quoddã firmum ad ſecuritatem vrbem incolentium: Solon dicebat. Et ſic alii alia. Sic quis capere illa poſſet Euripidis in Supplicibus, Ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν. δοῦλος δὲ βωμοὺς θεῶν· πόλις δὲ πρὸς πόλιν ἐπτήξη· Sic inquã accipi poſſet extra illum poetæ locum, vbi omnino de ciuitate ad aliam ciuitatem cõfugiendo eſt ſermo: vt ſicut fera in petram, ſerui ad aras deorum, ita ciuitas confugeret intra vrbem, & intra ſua mœnia. & idem vocabulum haberet (poteſt enim) hanc diuerſitatem. *h* ſic autem in vrbẽ ligneã iuſſi Athenienſes ire: quæ claſſis. Sed hic tuus poeta in quinto, *Dare ciuibus vrbẽ.* Sed nec iſta differẽtia vrbis & ciuitatis fixa eſt. *i* Itaq; Paulus, *Corpus in ciuitatẽ inferre non licet.* &

d Soli. c. 16.
e Scip. orig.
f Pli. 4. c. 5. 9. vlt lib 6. c. 17. & proce. 7.
g Lucia. Anach.
h Plut. Them.
i P. 1. ſent. 21. l. 5. qui ſa. co. l. 41 de leg. 1. L. 1. de agn. lib.

Macer, *Qui in agro, vel ciuitate rem ſoli poſſidet.* & Vlpianus, *Hoc S. C. & ad alias ciuitates pertinet;* quod de ædificiis eſt. Idem alibi: *Domum accipere debemus hoſpitium ſi in ciuitate maneat, quod ſi non ſit, ſed vel in villa, vel in municipio,* &c. Itaq; ciuitas pro vrbe. Contra quoque vrbs pro ciuitate, *Inuadunt vrbem ſomno, vinoque ſepultam:* in ſecundo Æneidos, vbi ſic notat Seruius. *Quas gentes Italûm aut quas non oraueris vrbes:* in ſexto. *Generumque adſciuerit vrbi;* in vndecimo. *Vrbem ad eam rem pecuniam dare:* Cicero, Philippica vltima. *k* Tertullianus autem ciuitates & villas ædificatas dicit, mox villas, & vrbes. nec memini, quid velit: nec librum habeo nunc, quem conſulam. olim viſum aliquid, quod notarem. an quod, vt videtur Vlpianus, villas dixit pro ruſticis ædificiis? Villa Gallicè eſt vrbs. Villa Italicè eſt pagus. *l* Villa Latinè eſt domus ruri. Vicus, in vrbe, eſt ædium continuata ſeries: nō ipſa via *m*. vt ſic Plinius, *per vicos omnium viarum.* & idem alibi. Vicus, extra vrbem, domus multæ clauſæ muro aliquo. Pagus idem non clauſus, ſed patens. Quæ alii declarant. & quæ tibi declarabũt illud, *ingentes pagos, & compita circum Theſeidæ.* item illud apud Plinium, *Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur,* &c. Etiam *Meſopotamia vicatim diſperſa: Macedones eam in vrbes congregauere. n* Sed vicus in iure ca-

k T. 1. ad Mar.

l Ald. 2. epiſt. 7.

m Pli. 3. c. 5. lib. 6. 26. lib. 28. c. 2.

n Pan. c. 3. de ſta. mo.

re canonico notatur locus cũ iuriſdictione. *o* Aliquãdo dicũt ſuburbiũ alii,& inepta alia. At de vrbe adde tu, non videri ſatis quęlibet ędificia ad eã conſtituendam. *p* vt legẽre me apud Pauſaniã memini eiuſmodi de Panopęo vrbe Phocenſium, vix licitum, illã nominare vrbem, in qua ciues non prętorium, non gymnaſium, non theatrum, nõ forum vllum haberent, non deniq; vllum perennis aquę conceptaculum: at concauas habitarent caſas, qualia ſunt montana tuguria inter conuallium coofractus. illa puta priſcorum hominum ante, quam Euryalus, & Hyperius (*q* quos laudat profana hiſtoria) domos conſtituerent. & illa Scytharum, de quib. in tertio Georg. *Ipſi in defoſſis ſpecub. ſecura ſub alta Otia agunt terra, r.* Qualia & Troglodytarũ memorantur, & aliorum & Cyclopum antra, nec ciuitas: etſi iidem Cyclopes turrium nominentur inuentores *s.*

o Cæpo. l. 1. de ęd. ad l. 2. de V. S.
p Pauſ. lib. vlt.
q Pli. 7. c. 56.
r Plin. 5. c. 8. lib. 6. c. 13. lib. 7. c. 56.
s Eur. Cycl.

Τείχη δὲ ποῦ 'στι, καὶ πόλεως πυργώματα; Οὐκ εἴσ'. ἔρημοι πετρῶνες ἀνθρώπων ξένε. Τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; ἢ θηρῶν γένος; Κύκλωπες ἄντρ' ἔχοντες, οὐ στέγας δόμων. apud Euripidẽ.

Aſt Vlyſſes apud Homerum,

Ποῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες.
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα.
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι. θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων, ἠδ' ἀλόχων. οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. t

Cæterum quod ad mœnia attinet, ſic vrbes illæ nomine, muris circundatæ ſepum more, quas Iuſtinianus veris muris cingens effecit, vt iure vrbes appellarentur. Forte

t Procop. 2. de æd. iu.

autem & ad alia ſic itidem Britāni tui olim: *u* qui opidum vocabant, cum ſiluas impeditas vallo, atque foſſa muniiſsēt. Et aliis item domus nemora, lucique Plinio memoratis. *x* Hìc tamen tu attende ad quęſtiones iuris, nec quicquam intereſſe, quomodo quid munitum ſit, lapide, an ligno, an terra, vt factū intelligatur aduerſus conuenta de non muniendo: etiam quum dictum eſt, ne muris, aut mœnib. munitio fieret. nam eadem eſt ratio in omnibus, & idem effectus: itaq; modorum varietates variare cautionem nō debeant, & fruſtrari. Etiam lex facit paria, vallum tranſcendere, & murum. De quibus & nos in libris bellicis, & alii alibi ſic exponunt. Rurſus ciuitas nec intelligitur ſtatim, atque vrbs auditur. *y* vt Ariſtoteles ſcribit, Babylonem gentis magis circumſcriptionem habuiſſe, quam ciuitatis: quæ capta per hoſtes a parte vna cum eſſet, pars eius altera tertio etiamnum die nihil ſenſiſſet. *z* Sic autē & Niniue: cuius ambitus iter trium dierum. adi ad interpretes Ionæ *a*. Sic Roma, aliæ. Sed de his alibi *b*. Etiam plures pagi ciuitas dicitur Ariſtoteli, qui legibus non diſtincti ſint. vt pagi Arcadum plurimi, & illi, de quibus Athenæ factæ, & quas antiqui nominabant ciuitates Heluetiorum. Vt itaque hoc ſit, & dici debeat etiam ius ciuile: quod aliquando ad Inſtitutiones iuris ciuilis explicabo tibi latius

u Cęſ. 5. Gal. Pli. 4. c. 12.

x Alb. l. vlt. de re. di. Rō ſi[?]g743. Decia. 7. pr. 36.

y Ariſt. 3. polit. *vide Plin. 6. c. 26. & Herodo. Cli.*

z Druſ. q. ep 28.

a Lipſ. 3. de mag. Ro. 2. Pli. 5. c. 4.

b Ariſt. 2. polit. vbi Vict.

tius contra Hotomanum. *c* Nam Auguſtinus nec veritus de Romano imperio ſcribere, *vniuerſum regnũ in tot ciuitatibus conſtitutum dicitur Romana ciuitas*. Sed & plures quoque ciuitates in vna vrbe. vt in Maſſilia olim: *d* intra cuius mœnia & Galli, & Græci diuerſas reſpublicas habuerunt: nec niſi procedente tempore in eadem ciuitatis gubernacula conuenerunt. *e* Sic & Emporiæ in Hiſpania. Quid ni vrbs vna, & ciuitates plures in ea? Domus vna, & familiæ plures ſic ſunt: *f* veluti quum ſub vna claue habitatio tota eſt. Quod autem Gallique eſſent Maſſilienſes, non ſoli Græci vrbem incolerent; & eſſet ciuitas in ſolo Gallico, & iam cenſeretur Gallica: recte ſcripſerit Lucanus, à Maſſilienſib. homines immolari; & de Gallis intellexerit, qui illud ſoliti *g*: nec fuerit ſtuporis à præcipiti ingenio Ioſephi Scaligeri arguendus. Atque de his hactenus.

c Aug. 1. de con. eu. 25.

d Stra. lib. 3.

e Plin. 3. c. 3.

f l. 17. de ęd. ed. vbi Cæp.

g Scal. 1. Man.

Sequitur, *omnis feret omnia tellus*. Quod nõ videtur dictũ belle. ſiquidem, quod *Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ*, ad coniunctionem humani generis magis eſt. vt ſcribo alibi *h*. & vt mercaturam plurimum valere docent ad barbarorum neceſſitudines, & regum amicitias conciliandas: & ex eadẽ homines multarum rerum, & maximarum vſum cognoſcere, etiam & conditores maximarum rerum publicarum mercatores

h Plut. Sol.

fuiſſe, Thaletem, Solonem, Platonē, alios. Aſpice ad hunc diē a Columbo, noſtro Italo, noui orbis inuentore, quot, quanta patefacta per mercaturā res terrę, mariſq;, cęliq;. vbi Angli tui, ac Batavi vicini prçcipuā nunc laudem tenent, & in æuum perduraturam. Dolendum autem eſt, hos homines impediri, quominus bene mereri de mortalibus, & commercio poſſint magis. prohibeantur autem, quia, inuenta nauigatio a Columbo, & alia a Luſitanis, neutra aliis patere debeat, quam his, quibus nauigauit Columbus primum, aut Luſitanus. *i* Attamen & Phœnicum fuit nauigatio, quę nūc dicitur Luſitanorum: & fuit Carthaginenſium, & aliorum. Aut quod ius docet, ab hac inuentione adquiri proprium vſum viæ, ſicut quæritur gemma, aut aliud quid eiuſmodi in littore maris, aut in mari ipſo inuētum? Et quia ſic quęritur id, quod in nullius eſt bonis, ſic item quęretur, quod commune omnibus eſt? Et mare non patet omnibus? Et ſic clauditur reliquis omnibus? Et ſic quęri dominium Oceani poteſt? *k* Et aperta olim via omnibus, nunc eſt occluſa reliquis omnibus, qui vſi illa non ſunt per ſecula, etſi vti ſemper potuerint? Occludēt ipſi ſibi, qui adquieſcent prohibenti nunc Hiſpano aut Luſitano. Quid? idem & in itinere terreno eſſet? * *Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Proxime* (inquit Pli-

i Herodo. 4. Pli. 2. c. 67. Lang. 1. ep. 63.

k Alex. 2. conſ. 45. 136.

* Plin. 5. c. 5.

Plinius) *compendium via quatridui depre-henſum fuit.* Non licuiſſet aliis per compẽdium iſtud proficiſci? Et viæ non ſunt communes omnib. Et non ſũt cõmunes in oceano? Abſurda opinio, cõtra tot certiſſimas iuris gentiũ regulas. Verũ hęc omnia altioris, non tuæ operæ ſunt, fili. *l* Illud tu capies recté, & nunc ſuccurrit mihi, torquere ſe Maginũ fruſtra, dũ aliquẽ veterẽ quærit Iuliũ Maternũ ſcriptorẽ geographiæ, cuius meminerit Ptolomæus Materno altero geographo ſenior per aliquot multa annorum luſtra. nam quem nominat Ptolomæus, is non magis ſcriptor quam Flaccus, quam alii, qui eiuſmodi itinera confeciſſe produntur. Sed Virgilius hîc vel exprimit adhuc perſonã paſtoris in ecloga: qui ad ſupradicta commerciorum politica nõ aſpirat: vel ſignificat, cum gente illa aurea, de qua vaticinatur, non his opus eſſe exercitamentis, quaſi medicamentis morboſorũ. illa gens ſpõte ſua fuerit amans tota. Sponte tum fient, quæ vix cum laboribus maximis hodie fiunt. *Sponte*, & VVLGO, id eſt *paſſim.* vt ita hunc locũ notat Giphanius ad Lucretium: & ego alibi de hoc vocabulo dixi. *Sponte ſua ſandix paſcẽtes veſtiet agnos.* inquit, *ſponte. m* alioqui etiam viuentium vellera vidit Plinius purpura, cocco, conchylio infecta, velut ſic naſci (inquit ille) cogente luxuria. *n* Et idem narrat, fieri lilia purpurea tinctis

l Mag. ad proœ. Ptol. fi.

m Pli. 8. c. 48

n Pli. 21. c. 5.

o Pli.35. c.5. ſeminibus ita, vt infecta naſcantur. *o* Et idē vero alibi notat verſum hunc, in quo Virgilius videatur *ſandicem* exiſtimaſſe herbam, cōtra quam ipſe colorem ſtatuit. Ceterum nihil cogit, capere hîc de herba. Iam vero temporibus illis hæc ſponte fient: colores
p Pli.20.c.4. hi *p* natiui, vt idem Plinius habet. *q* αὐτοφυεῖς
q Aug.4.em. 16. Vlpianus habet, natos per ſe, nulla arte fucatos, atque tinctos, non mentitos: *Nec varios diſcet mentiri lana colores.* vt ad hæc Virgilii notat elegantiſſimus Antonius Auguſtinus. Sponte, ſponte in beata illa ætate. Homerus de quibus Polyphemi, ἰόδνεφες εἶρος ἔχοντες: Odyſſeæ primo. Heroica tempora
r Ser.Æn.1. deſignari dixerit Seruius: *r* qui & ita tuetur
s Herodo.4. Pli.8.c.33.58. Ariſt.8. hiſt. an. 28. Virgilium, quod ceruos in Africa faciat *s*, vbi cerui nō ſunt, vt nec capreæ, apri, vrſi: ſed fuerint heroicis temporibus, quum omnis ferret omnia tellus. Quanquam ad ceruos ſcio ego, potuiſſe Virgilium abſque omni culpa eos oſtendere in Africa, qui auctorē
t Polyb. lib. 12. habuit Timæum, etſi (*t* dicente Polybio) mentientem. Aut quid ſi tempore Ariſtotelis, & Polybii non fuere in Africa cerui?
u Pli.5.c.30. lib.15. c. 49. At neque lupi hîc ſunt hodie in Anglia. *u* Alibi alia deſierunt. etiam flumina: Rheſus, Heptaporus, alii Homero celebres veſtigia non habent: inquit Plinius. At vero apros in quarto Æneidos puer Aſcanius optat,
x Pli.8. c.36. Virgilius non ſtatuit. *x* Meminit *pellis Lybiſtidis vrſæ* in octauo cum veteribus annalibus,

libus facientibus vrſos in Numidia ; quidquid admiretur Plinius; quia conſtet, in Africa vrſos non gigni. Sed ampla defenſio poetis eſt, quum habent auctorem. Adi ad Ariſtotelis Poetica. *y* Adde, vrſum pro leone nominari a Virgilio: vt ſuam nec ridendam, ſed inuidendam coniecturam Lipſius iactat, & belliſſimè exornat. Suam ne tamẽ? Affirmat amicus mihi, in veteri quodam ſe vidiſſe ad illud quartæ Iuuenalis, *vrſos figebat Numidas.* quicquid interpretẽtur alii de veris vrſis. *z* Defendimus Virgilium & in eo, quod ſtomacho ſatis Brodæi non facit de triremibus Æneæ: quod nauigii genus imò poſt multa ſecula a Troiano bello fuit ædificatum. Biremes etiã appellat eas Virgilius, & naues *a*. Et, naues remis agi ſolitas ignorat ex Homero hodie nemo: etſi ignorarit Bayſius doctiſſimus olim νέες ἀμφιέλισσας vocat Homerus, quæ biremes dici poſſunt: etſi etiam non ſint biremes. Habet Homerus ἀναῤῥίπτειν, ἐρετμοῦς, alia, quæ remorum ſunt. Quis leges adeo ſeueras poetis dixit, vt eis de vicino mutuari non liceret? *b* Ipſe (ni fallor) idem Brodæus non patitur calumniã Virgilio ſtrui dicenti Actæum Aracinthũ, qui ſit Bœotius. Cæterum hæc iam ſatis. Volo, de purpura nunc & rubenti murice non nihil. Varii ſunt colores purpuræ. Nigram dicit cum rubore Donatus ad nonum Æneidos. Et ſic in quarto Georgico, *viola*

y Lipſ. 1. elect. 4.

z Brod. 3. miſc. 4.

a Hom. Od. 1.7.9. Mag. L. miſc. 6.

b Brod. 2. miſc. 8.

ſublucet purpura nigra. c Et Homerus mortem purpuream, non (quod nimis acute commentatur Rhodiginus) quæ vno ictu fit: vt ſic ſolent purpurarii vno ictu purpurā viuentem cōficere. Sed Homerus mortem purpuream dicit nigram. dicit purpureum ſanguinem, c exponente Plinio, quod laus ſumma purpuræ eſſet color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. *Purpuream vomit ille animam*, itidem de ſanguine noſter in nono. d & tandem *nigrantis roſæ colore ſublucens*, de purpura piſce idem, quem appello ſæpius hodie, Plin. Eſt purpura cęrulea. vt ſic in quarto Georgico *mare purpureum*. etſi quidam nigrum itidem exponunt. e Sed apud Homerum eſt γλαυκὴ θάλασσα: & κυανώπιδος ἀμφιτρίτης. & apud Pliniū purpura cærulea. Homerus, φᾶρε' ἁλιπόρφυρα. Eſt violacea purpura eiuſdem maris, f ἐκ πόντου ἰοειδέος idem Homerus. violacea purpura apud Plinium. *Lana Tarentino violas imitata veneno*: Horatius certè de purpura. g Purpureos fluctus, & purpureas aquas idem Homerus fortaſſis virides. h quemadmodum Furius, *Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas*, turbat, & ad nigrorem trahit i. Idem autem Plinius, *viriditatem puri maris, & virens mare.* k Aut, qui aquarum eſt ceruleus color, idē cū viridi cōfūditur? & ſic aer viridis, & aquę virides? habes a me Plinium, nō ſolos poetas

c Hom. Il. 16. 20. Rho. 8. ant. 9.
c Pli. 9. c. 38.
d Pli. 9. c. 36.
e Hom. Ilia. 16. Odyſſ. 12. 13. Pl. vlt. c. 9.
f Hō. Odyſ. 5. Pli. d. 38. Hor. 2. ep. 1.
g Hom. Od. 2. Ilia. 22. & Βατρ.
h Gell. 18. c. 11.
i Pli. vlt. c. 5. 6.
k Scal. Manil. 5.

ſtas à Scaligero. Ecce autẽ dixi in ſolis aquis purpuram nigram, cæruleam, glaucam, violaceam, viridem. Et purpureus tamẽ color diſtinguitur aliquãdo à violaceo, & aliis. Eſt rubra in tertio Georgicô, *Tyrios incocta rubores*. Et tu de incoctura leges late Senecam in primo naturaliũ quæſtionum, Ambroſium in apologia Dauidis, & Plinium libro nono, & trigeſimo quinto. *l* Sed & ignotã rem nobis alii aiunt. *m* Etiam aliæ erant ſpecies ac nomina. albicans, ignea, ardens. *Tyrioque ardebat murice lena Fulgenti murice.* in quarto & nono Æneidos. *Tyrias luces*, Manilius in quincto. *n* Eſt candor præterea purpuræ, & alia ſunt candida in purpuram ſe agentia, vt candidus fulgor, & creta candida ad purpuriſmum inclinans. quæ leges apud Plinium. *o* Iam igitur & lex inquit, *Purpuræ appellatione omnis generis purpurã contineri puto. Sed coccinum non continebitur. fucinum, & ianthinum continebitur.* Inquit, *omnis generis*, quia plura ſunt genera, vt audiſti, obſcurius, clarius. *p* Ianthinum eſt à Ia, viola purpurea, quæ ſola Græco nomine à cæteris diſcernitur violis, luteis, albis. Eſt ianthinus color iſte & in amethyſto: αἰμαλίης ἀμεθύσῳ, auctor excidii Ilii. Sed noſter, *amethyſti viola, emicans in amethyſto fulgor violaceus, amethyſti fulgens purpura.* dilutus ille violaceus fulgor in hyacintho eſt: vt idem ſcribit. Fucinus autem co-

l Bayf. de re ve. Brod. 6. miſc. 24.

m Laz. 8. de rep. Ro. 8. Pl. 12. c. 12.

n Pl. 35. c. 17. & lib. 37. c. 2. 6. 7. 9.

o l. 70. de leg 3.

p Pli. 21. c. 6. 8. & lib. vlt. c. 6. 7. 9. Coe. memor. purpuræ.

q Quinct.12 c.10. lor à fuco eſt certè, & vilior: q *Lana tincta fuco citra purpuram placet. at ſi contuleris etiam lucernæ, conſpectu melioris obruatur:* ait Quinctilianus. Et idem, *Si iudicium corruptis acrius adhibeas, vt buccinis purpuram, illud, quod fefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat.* Purpura addebatur in poſtrema coctura: aut malus color deprehendebatur: vt audis. Sed ad legem noſtrã numquid quęris, ſi purpuræ appellatione fucinum continetur, quod ſine purpura eſt? quod videtur r l.1.9. de tri. le. purpura, & non eſt? & non dubium eſt, non contineri r: niſi aut in numero is habeat s Bar.l. 1. de fon. Cæpo. de ſeru.ruſt. præ.c.7. purpuræ, qui legat s: aut ratio ducat verba & ad iſtam purpuram fucatam. alioqui cur purpura ſit, & dicatur, quæ nihil habet purpuræ? Lex igitur de ianthino, & fucino pur- t Pli. d.36. purato intelligit. t *Virus graue in fuco* dicit Plinius, colorem auſterum in glauco, & iraſcenti ſimilem mari. Audies ſic de luminibus Protei glaucis in quarto Georgico: & de Homero modò audiſti glaucum mare: de quo propriumque Mineruæ glaucos oculos; vt iracunda illa fingitur bellorũ dea. Conchylium præbet colorem iſtum, vt & purpuram. Buccinum minor concha. apud eundem Plinium. Nunc videamus de cocco. Purpurę appellatione omne genus purpuræ contineri, non tamen coccinum, ait lex. Cur ita? An quia coccinum non eſt ge-

nus

nus purpuræ? *u Lychnetes, altera purpura* *u* Pli. d. 7.
radiat, altera cocco: Plinius. Contra, cur lex
coccinum excipit à legato purpuræ, ſi pur-
pura non eſt? excipitur, quod ineſt. Cur Eu-
angeliſtæ appellant purpuream illam veſtẽ,
qua induebatur Dominus Iesvs in die
paſſionis, eandemque coccineam? *x* Cur *x* Horat. 2. ſaty. 6.
alii item auctores vſurpant promiſcue coc-
ci nomen, & purpuræ? Quæ notantur ad
euangeliſtas, & à Baronio in prima centuria
annalium Eccleſiaſticorum. Eximium ergo
fuerit genus purpurę coccinum, nec in tur-
ba nominari ſolitum, & itaque nec nomi-
natum inter cætera intelligatur. *y* In roſis *y* Pli. d. 7.
micare dicitur, & gratius nihil eſſe aſpectu.
z ardenti radiabat Scipio cocco. Purpuræ *z* Sil. lib. 17.
Tyriæ, & dibaphæ, & bis tinctæ is eſt color.
a Hoc Tyrio cocco, & aliis hyſiginum fit. *a* Pli. 9. c. 41.
de quo colore alio itidem in legibus. Excel- Cott. mem.
lentiora ſolent nominatim exprimi. & ſic *coccum.*
eadem lege, *purpuram autem, & coccum b.* *b* Ac. rub. C. de ſer. & aq.
Sed & aliæ ſunt rationes, cur alibi quoque
ſic diſtincta nominentur genus, & ſpecies:
vt alibi expono. Etiam blatta in legibus no-
ſtris, & genus certum purpurę eſt *d*; ſi Rho- *d* Rh. 8. an. 11.
digino ſtamus *e*: nam noſtri idem capiunt *e* Alc. & Cu-
blattam, & purpuram. Et fortè leges ſic lo- ac. C. de mu-
quuntur promiſcuè, vt faciunt euangeliſtæ ril.
cum cocco. At notandum nunc eſt, purpu-
ram pictamque dici. *nec purpura regem Pi-
ctamouet*: in ſeptimo Æneidos. Hæc autem

eſt, velut alibi, *f pictus acu tunicas, pictus acu chlamydẽ. g* veſtes etiã Homeri temporibus cognitæ, in quibus ex auro, & aliis coloratis filis effigies variæ eſſent expreſſæ. *h* Etiam notãdũ, purpuræ nomine ſignificari aliquando non colorem vllum, ſed omne, quod pulcrũ eſt, floridũ, venuſtumq;, quod oculos moretur, & allectet, idẽ, quod & de nomine auri traditur. vt ita in ecloga nona *verpurpureũ*: in primo, & ſexto Æneidos *lumẽ purpureũ*. apud alios *genas purpureas*: quę tamen capi valent pro flagrantib. *Cycni purpurei, & nix purpurea* etiam legitur. *i* Niuẽ nonnulli atram aiebant ex alia cauſſa. item alii ex alia id, quod album gignit nigros, dixerunt nigrũ. De aureo paſſim occurrit pro pulcro. ſic aureus Saturnus, & eius ætas aurea, & aurea Venus, & mille reliqua. Non ſic tamẽ (quicquid Athenęus notet) Apollo auricomus, & ῥοδοδάκτυλος ἠώς. at ille imò auricomus etiam pulcher, & iſtius roſei digiti inuenuſti non ſunt. Vterq; autẽ color ſpeciẽ refert belliſſimè eorum, quæ per vtramque perſonam ſignificantur. Taſſus noſter frõtẽ roſeam facit auroræ, etiã rectè, ſi vltimam aurorã ſpectes. Petrarcha plãtas ponit roſeas, itidem benè, ſi ſpectes auroram primam in crepuſculi exitu. Quid tamen? quid non faciemus hodie finẽ huic purpurariæ? Sanè vnũ adhuc dico. *k* Tyria nũcupatur purpura a loco, vbi inuenta, & præſtantiſſima conficie-

f Vir. Æn. 9. 11.
g Pli. 8. c. 48. Alc. & Cuia. C. de exc. ar.
h Athen. lib 13. Pauſ. Phoc. Tileſ. de color. Serũ. Æn. 1. Hor. 4. od. 1. Scal. catal. & in Varr.
i Cic. 2. ad Q. F. 12. Ariſt. 3. hiſt. vlt. & lib. 2. de ge. an. 2.
k Stra. lib. 16. Suet. Ne. 32. Amm. 14 16. Bay. de reveſt. Pli. 5. c. 19.

ficie-

ficiebatur, & cuius omnis nobilitas in eo conſtitit. ergo & Tyrium colorem, & textrium, & Tyrios ſinus, & Tyrias abſolutè pro textrino purpuræ, & pro veſtibus purpureis capies ſæpe *l*. Tyrios ſinus tribuit Statius ſenatorib. quos & purpureos vocat patres, & purpureũ Senatũ. Quorũ tamen candidã curiã dicit Claudian. in primo libr. contra Eutrop. An quid & hîc mutatũ illis centenis annorum? *m* Sed & Martialis, & alii paſſim tribuunt Senatorib. togam albã. An ergo purpurei in figurata proxima ſignificatione? Sed quomodo etiã Tyrii? Ergo albicãs fuerit illa purpura: qualis regumve dicebatur? *n Trabea deorũ tota de purpura, regũ purpurea cum aliquo albo, auguralis ex purpura & cocco:* Suetonius de genere veſtiũ. vbi audis rurſus, coccum diſtingui a purpura. *o* Sed & purpurei illi fuerint, quorũ candidis veſtibus, albiſve purpuraque prætexta eſſet. Etiam Tyrium venenum dicitur de tinctura purpuræ. *Tyrio pinguntur crura veneno*: Claudianus de phœnice. *Nec lucida vellera Serum Tyrio miſcere veneno*: Boethius in ſecundo de conſolatione. Et Virgilius in primo Georgico, *Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno*. ſcilicet illic Tyrus. Quæ & Sarra olim nũcupata fert purpuræ aliud adhuc nomẽ Sarrani oſtri: *& Sarrano dormiat oſtro*, in Georgico ſecundo. Et apud Columellam notante Beroaldo, *Sarranæ violæ*, purpu-

l Stat. 2. ſyl. vlt. & 4. ſyl. 1 & 5. ſyl. 2.

m Hor. 9. obſ. 13.

n Seru. Æn. 7.

o Manut. ꝓ Quinct. & ꝓ Flac.

reæ. Et finem feci de purpura. Non & de omnib. in longo hoc capite? Sed nihil dixi de menſibus pariendi. Attamen de his proſtat noſtra priuata diſputatio. Nihil de riſu puerorum dixi. *p* de quo Hippocrateſque admiſcet in eodem tractatu de partu. ſcribit autem, ridere eos ſtatim natos: *q* contra quam Ariſtoteles narrat, non ridere ante quartum menſem: ante diem quadrageſimum aſſectator Ariſtotelis Plinius: qui & ſingulare dicit, quod eodem die riſerit Zoroaſtres, quo & natus eſt. *r* In qua controuerſia (mirum) Mercurialis medicus Ariſtoteli magis accedit: aitq;, non eſſe riſum, qui ſtatim natorum videtur, ſed conuulſionis cuiuſdã (quod de riſu fertur Sardonio) leuis, in riſus formam, diſtrahentis labia, opus. Nihil dixi de magnis mẽſibus *s*. de quibus Alciatus, quod ſint hîc celebres, terris formidine ſolutis. *t* Sanè ſic magni dies, primi, & poſtremi in celebritatibus Ebræorũ, qui reliquis intermediis erant celebriores. *u* Magnus annus, ſolaris, ad diſtinctionem lunaris, qui item eſt annus, id eſt circuitus, vt ille ſolis, ita alius lunæ. *Interea magnum ſol circumuoluitur annum:* in tertio Æneid. & in primo, *triginta magnos voluendis mẽſibus orbes x*. Alibi magnus annus duo iuncti, intercalaris & alius. alibi luſtrum. alibi annorum millia *y*. etiam *luſtra* ſimpliciter τὰς περιόδους. & luſtrum ſolis, vertẽs annus vt ad

p Hip. de ſept. & oct. par.

q Ari. 7. hiſt. 10. Pli. proœm. 6. & c. 7.

r Mer. 5. lect. vlt.

s Alc. 8. par. 8.

t Tert. 5. ad Mar. vbi Iun.

u Macr. 2. Som. 11. & 1. Sat. 11.

x Cenſor. de nat. di.

adManilium notatur. Nihil hîc dico de Or- y Scal. Mã. 5.
pheo, & filiis aliis Muſarũ. ſed dicam in alia
ecloga. hæc enim oneratur nimis. At de
vetuſtis quibuſdam verbis tradendum hîc
eſt: quod neſcio, ſi poſſit alibi in Bucolicis
fieri: & in Georgicis ſermo multa artium, &
prę ſertim medica, & legum georgicarum:
in Æneide verò politica plurima, bellica, iu-
ridica nos occupabũt. Hîc verbis locus eſt,
& tibi oportunus puero. Ait, *QVI non riſe-
re parentes* ζ. & ſic eſt ſcribendum, nõ CVI.
a etenim veteres illo modo ſcribebant: eti-
am QVOI: & pro coquum pronunciabant ζ Scal. de ca.
quoquum. vnde in ambiguo verbi luſus ille li. Lat. 24.
in glorioſulum filium coqui, *Et tu quoq; ade-* a Don. An. ſc. 1.
ras? Sic tu in ecloga, ſic in tertio Georgico, Quinct. 6.
QVI non dictus Hylas. Sic ſępiſſimè in Pan- c. 4. Ser. Æn
dectis Florentinis: in quibus vetuſta illa re- 1.
tenta ſcribendi ratio. Nec ſapiãt malè in Vir-
gilio tibi ſitus iſti verborum *b*: quos & in
Virgilio dicit Seneca *c*. Inuſitata, concinnè
prolata, & parcè, placent. Sic *olli*, *ollis*: non b Sen. ep. 59.
etiam dixit noſter, quod dixerunt alii, *ollo-* c Card. 2. de
rum. Sic Virgilius, *Iuſſo*, *Faxo*, *Fuat*, *Vixet*, ſap. Lipſ. 2.
Forſet in vndecimo, vbi rectius ſic legitur, anc. 14.
Forſet vota facit. *d* in eo libro etiam dixit,
auras, vbi ſic leges, *nihil ipſa nec auras*, pro
eo, quod nunc dicimus, *auræ*: non Græcè d Scal. de ca.
modo, ſed antiquè *e*: quum & alia eius gene- li. Lat. 85.
ris. nunc *familias* ſolùm in ſolo compoſito
paterfamilias. & itidem, *eſt curuo amfractu* e Priſc. 6. Giph. Lucr. Vias.

valles, pro *vallis*. Quæ Giphanius ſplēdidiſſimus ad Lucretium obſeruauit. Virgilius & *aulai* in tertio, *aurai* in ſexto, *pictai* in nono. & id genus alia alibi parciſſimè, iterum, ſemel. Alioqui contra audiret, *f Attonituſq; legis terrai, frugiferai, Accius, & quicquid Pacuuiuſque vomunt g.* Sed ſuauiſſima cōdimenta hæc: quæ ſi multa congeſſeris, tum acre totum, putidum, rancidum faſtidibo. vt ſic notat Auguſtinus *h. Eo ornamēto acerrimi iudicii P. Virgilius mirificè, vnicè vſus eſt:* Quintilianus. *i* Hîc prętcerea Græcum eſt *Orphei*, caſu tertio, ſicut *Lino. Androgeo*, caſu ſecundo Attico, in ſexto. *Diomede*, caſu quarto in vndecimo: *vidimus o ciues, Diomede, k* vt ſic legendum eſt. *l* Vlyſſi, ſecundo caſu, in ſecundo, vetuſtum Latii ab Vlyſſeus. *m* vt ita etiam Cicero *Diocli* antiquè pro *Dioclis*. & alii *Ariſtoteli* ſic itidem notant, pro *Ariſtotelis*. Num quæris *Vlyſſei* tamen? *n* Nec vlla fuiſſe dicitur differentia inter *ei*, *ei*, *i* ſimplex.

f Mart. 11. ep. 91.
g Aug. 2. de ord.
h Q. 8. c. 3.
i Scal. 4. po. 26.
k Macr. 5. ſat. 17. Seru. ibi.
l Quinct. 1. c. 5.
m C. 2. Ver. 4. Priſc. 6.
n Scal. Auſ. & in Tib.

Puer. Legum interpretatio.

CAP. IX.

NEgant, eclogam hanc quinctam ſpectare in mortem Cæſaris, qui puer mortuus nō fuerit. hîc autem ille, quiſquis eſt, appellatur puer, ad cuius laudem cantatur. *Et puer ipſe fuit cantari dignus. a* Memini verò Serui-

a Seru. Æn. 5. 8.

Seruium ſcribere, quemadmodũ per licẽtiam poeticam cõfundat Virgilius iſthæc ætatum nomina, & neſcio quid addere aliud pro defenſione. Ego igitur aliqua tradam tibi, quæ ad huius vocabuli ſignificationem pertinent variam: & non vbique ſunt. Dixit in prima, *Paſcite, vt ante, boues, pueri.* in noſtra, *fortunate puer.* in nona, *deſine plura, puer.* omnino de paſtore his omnibus locis. vt itaque hîc Daphnin appellat etiam pecoris cuſtodem. & adeoque de Cæſare capies optimè eclogam, paſtore populorum, & populi Romani formoſi paſtore formoſiore. In ſecunda, tertia, quarta, ſexta, octaua haud dubiè de ætate puerili. in octaua de amore, qui ſcilicet fingiturque, ac pingitur puer. vt in primo Æneidos, *pueri puer indue vultus.* *b* Atque inquit lex: *Pueri appellatio tres ſignificationes habet: vnam, quum omnes ſeruos pueros appellaremus: alteram, quum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, quum ætatem puerilem demonſtraremus, &* hanc etiam fæminę *c*. Siquidem quoq; lex: *Pueri appellatione etiam puella ſignificatur. nam & fæminas puerperas appellant recentes ex partu. & Græcè* παιδίον *communiter appellantur.* Alciatus autem nos fallit; qui contra ſcribit, quod *Latinorum nemo puerum fæminino genere protulit.* & fallitur Fornerius, qui, id dici, patitur *d*. Vbi enim illa ſunt, grammaticis notata veteribus? *mea*

b l. 204. de V.S.

c l. 161. de V.S. vbi Alc. For.

d Chariſ. lib 1. Priſc. 6.

puer, *ſancta puer*, *Proſerpina puer*, de Liuio Andronico, & Næuio. *Puer, in fæminino ſexu antiqui, vt Græci:* Chariſius. *Pueros pro quolibet ſexu, vt Græci pueros παῖδας:* Donatus in Andria e. Sic lectum, *hæc arcus, hæc catulus, hæc gallus*, alia eodem modo, quia Græcique iſta communiter caperent. In altera ratione fortaſſe magis ſubſtiteris. nã Suetonius in Caligula ſic ſane, *Qualiſcunq; partus ſine vllo ſexus diſcrimine puerperiũ vocatur. quod ãtiqui etiã puellas pueras, ſicut & pueros puellos dictitarẽt.* quod & Priſcianus. Sed & hęc Donat⁹, *Omnis, quæ peperit, puerpera. & nõ quod puerũ, ſed quod filiũ pepererit, puerpera dicta eſt.* An verò ita puerpera, quaſi quæ puerũ pepererit, i. filium, ad rationẽ legis? At rationes etymologiarũ ſic ſunt variæ, & incertæ, vt nõ temerè quiſquam auctor iſthic notandus ſit, & reiiciẽdus. Nunc accipiamus ex Donato quartam hãc ſignificationẽ nominis pueri, quæ eſt filiif. Ita autẽ *regumque pueris. puerosque Ledæ* Horatius pariter ac Græci. &, *Quid Auguſti paternus in pueros animus Nerones?* & alibi, *telluris iuuenes.* itidem pro filiis. & Virgilius in Culice, *ſancte puer g.* Et Ouidius de Auguſto ſene, *Parce, puer, ſecli decus admirabile noſtri:* de quo ibidem, *Parce vir.* Vt ſit puer Græco exemplo pro filio: quẽ ſic nominent Cæſaris, ad laudem Auguſti, & *diui genus* in ſexto Æn. an adIulii diſtinctionem?

e Non. de ind. ge. Ser. Æn. 5.

f H. 2. od. 12. 18. & lib. 4. od. 4. Ser. Æn. 2. Scal. cul.

g O. 2. de Po. 8.

nemꝰq.& ille ſanctꝰ pater,& Auguſtꝰ ſanctꝰ puer,i.filius, aut etiã iunior. quẽadmodum apud Zonarã Romanus puer dictus ad differentiã notatur Rõ. aui. *h* Alioqui S.C. vetitũ, Octauianum appellare puerũ: ne illius maieſtas violaretur. *i* Brutus ſc. aliiq; illum ſic per cõtemtũ appellitabant. *k* Ipſe Cicero ad gloriam cumulandã: *egregius puer Cæſar. adoleſcens, vel potius puer Cæſar.* *l* Et Silius ſic (ſi memini) ſæpius Scipionem. eſt quippe laus ingens, facta virũm in pueritia præſtare. *Ante annos animũq; gerẽs, cu[illegible]q; virilẽ,* audies laudẽ Aſcanii, quã acciperet Auguſt. ſibi: ad cuiꝰ laudes vbiq; alludit Virg. Redeo ad ſignificationem primã; *quũ omnes ſeruos pueros appellaremus.* quę itidẽ de Græco eſt: vt tibi lexica oſtendũt. *m* Latina illa ſunt, & tamen per Græcã iuncturã, *Publipor, Marcipor, Lucipor, Quinctipor,* pro ſeruo Publii, Marci, Lucii. Et ſeruilia ſic nomina (inquit Feſtꝰ) à prænominib. dominorũ. *n Marcipores, Luciporesve dominorũ gentiles:* ait Plinius. *Quinctipor vel a numero natorum ex ancilla quincto loco:* idem Feſtus. quod vix adprobes: qui nec legeris priora, aut poſteriora. Etſi nec poſtea in vſu iſta mãſerunt, quę legimus. nã Plin. *Seruorũ quoq; cauſſa nomenclator adhibẽdus. aliter apud antiquos, ſinguli Marcipores,* &c. *o* Et Varro, *Quotꝰ quiſq; iã ſeruos habet priſcis nominib.* & Quinctilianus, *In ſeruis iã intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde Marcipores Publiporesq;.* *p* At filiꝰ por-

h Seru. ecl. 1

i Bru. ep. Ci. 16. 17. Suet. 12.

k C. 10. fa. 28. & lib. 11. ep. 7. lib. 12. ep. 25. & ad Bru. 3.

l Sil. 13.

m Var. 4. de l.L. Priſc. 6. Cani. alph. Ω.

n Pli. 33. c. 1.

o Var. 8. de li. L. Quĩn. 1. c. 4.

p Tur. ad Var. de li. Lat.

ci eſt *porcipor*, ex quarta ſignificatione nominis pueri. vt Laconibus & pleriſque aliis Dorienſibus παὶρ, non παῖς, dicebatur. *q* At ſic pro ſeruis, accipit amicus noſter eruditiſſimus illud primæ, *paſcite, vt ante, boues pueri.* ecquid ni ita imperatori ſint, paſtores, & dicantur? *r* παῖδα συφορβὸν Homerus ſeruum ſubulcũ. Sed & in ratione obſequii, ſiue miniſterii dicitur puer. & ita audimus armigeros, & ſtipatores principum pueros appellari. Scutarios in tertio Zoſimi legi, an ἀσπιδι-ώτας? in [illegible]ndo δορυφόρους, haſtatos. *t* Romulus ſuos nominauit celeres. Hæc tamen plura ſunt. *u* Sed ita latronum dux quidam ad cõmilitones ſuos, *Heus pueri.* & ſic in quincto Æneidos, *veſtra, inquit, munera vobis certa manent pueri. x* Sic & Ioſue puer dictus Moyſi, vir quinquagenarius. an potius in ſignificatione quincta, quod ſenioribus comparatus dici talis potuerit: quibus & prælatus apparet? id probem magis: quoniam ſcriptura dicit, *miniſtrum puerum.* niſi fortè ſic Ebræorũ more bis ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ idem dicit. aut miniſter puer Latinè vertitur, quod Ebraicè eſt miniſterium pueri *y.* A miniſterio, qui acoluthi, iidem iuuenes nominantur in aliqua lege. & in alia iuuenes ſunt factionum theatralium duces. & alibi milites ſunt. Erat ſecunda ſignificatio, *quum puerum contrario nomine puellæ diceremus* ζ. Et tamen *pueris legatis etiam puellæ deben-*

q Druſ. 11. obſ. 20.
r Hõ. Ili. 21.
s Prud. adu. Iud. Iſid. 11.
t Liu. lib. 1.
u Apul. âſi. 3
x Exo. 33. vbi C. & T. idem 2. Reg. 9. & 1. Reg 20.
y Cuia. nou. 3. Li[illegible] 1. cp. 13.
ζ L. 81. de leg. 3.

debentur, & ſeruis legatis etiam ancillas qui-dam deberi rectè putant: quaſi commune no-men vtrumque ſexum contineat. Inquit, *com-mune nomen.* & ſanè ſic illo caſu *pueris* dici-tur à *puer*, & à *puera*. attamen nemo legat in illo caſu, niſi non legentur; ſed legetur eis: *pueris meis do, lego* Ergo commune no-men, vt docui, *hic, & hæc puer.* & vt apud Græcos *communiter* παῖς. Inquam commu-ne, & communiter, & vt apud Græcos, non communicatum, vt quum dicitur, *maſculi-nũ concipit fœmininum.* & quum ex aduerſo *id non æquè, in puellis pueros contineri, dicen-dum eſt. &, ancillis legatis maſculos non de-* a l.45.de leg *beri, nemo dubitat. a exemplo enim peſſimum* 2. Alc.2.par. *eſt, fœminino vocabulo etiam maſculos conti-* 48. *neri.* Sed de hoc aliàs. de quo Alciatus, & alii interim tradunt: & illa ſunt in nono Æ-neidos, *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges:* rapta de ſecundo Iliadis, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Tertia ſignificatio fuit, *quum ætatem pueri-lem demonſtraremus*; & propè puerilem, b Ouid. epi. itaque etiam iam matris: b *Certe ego, quæ fueram te diſcedente puella, Protinus vt re-* b Phi. de co. *deas facta videbor anus*, Penelope Vlyſſi b. quæ.er. gr. Quod item Græcè, & de ſeruo, & de ætate: *adi* Gen.37. etiam & Ebraicè c. Græci παιδίον, & παιδάριον & 41. & B. dicunt primum de infantibus, & lactenti Matth. 8. bus. Scilicet hæc diminutiua ſunt ab eodẽ c Cl. A.1.pæ. παῖς: item παιδίσκος, & fœminina παιδίσκη, παιδ- 4. & 7. Fœc. ισκάριον. quemadmodum Latinè à puer eſt œc. Hipp.

puerulus, puell⁹, puſio: & a *puera* eſt puella, & puellula. vt apud diligentiſſimũ Caniniũ. Idẽ verò diminutiuũ & de pueris vſq; ad pubertatẽ adſumitur: pueris id eſt & puellis. vt ſic Clemens Alex. ſcribit. Qui & de *pædagogiæ* nominis ſignificatione varia. quod & dicatur eius, qui ducitur, & diſcit: & ei⁹, qui ducit, & docet: & ipſa deductio & doctio: item quæ docentur *d*. Apud Tertullianum habes pædagogos rectores, pædagogianos ſubiectos, pędagogiũ corp⁹ eorũ puerorũ, aut etiã locũ *e*. Sic Vlpianus pędagogiũ corpus ſeruorũ, *Si inſtructũ fundũ legaſſet, ea pædagogia, quæ ibi habebat, vt, quũ ibi veniſſet, præſta eſſent in triclinio, legato cõtinentur.* Miniſtri ſunt menſarũ, & cathedrarũ, lectorumque in triclinico. Pędagogum ſic Petronius, quẽ vulgus *paggium f*. Sic Plinius, *Pædagogia ad tranſitũ virilitatis cuſtodiantur argento*, &c. At Mæcianus pędagogũ liberorũ, doctorẽ, & ductorẽ. vt ante, & alibi. Eſt porrò nomẽ pueri & de adoleſcente, quẽ ſic appellet, ꝓ autoritate ſenex: vt notat Donatus in Phormione. & quẽ ſic Moyſes appellare potuit Ioſua pro autoritate, etſi adoleſcẽte maiorẽ ſen. *g*. Omnino plena pubertas, i. quum pleriq; pubeſcunt, intra adoleſcẽtię terminos graditur, ad annũ ſcilicet decimũ octauũ. & qui tamen pubertatis modus nõ in vno tenetur iuris articulo, anno XIV. non ſemper definitur? *h* Ebræis, in cõparatione parentum, filii omnes vocabantur, infanteſq;. *Nec mi-*

d T. Apol. 13 & adu. Val. 8. vbi l.

e l. 12. de inſtr. l. 35. de fi. lib. Ald. ortograph.

f P. 33. c. 12.

g Pau. 3. ſen. 4. l. 14. de alim. leg.

h Hier. q. Gen.

remur(inquit Hieronymus) *Barbaram linguã habere proprietates ſuas, cum hodieq; Romæ omnes filii vocentur infantes i.* Et Augu- *i* Aug. Iud. q. 25.
ſtinus, non longe hinc, ad iſtas proprietates: *An Græcæ locutionis conſuetudo eſt, etiã vitulos eos appellare, qui grandes ſunt? nã ita loqui vulgo in Ægypto perhibetur. ſicuti apud nos pulli appellantur gallinæ cuiuslibet ætatis.* Quod notent Itali, apud quos etiãnũ eſt ea pullorũ appellatio. Iidẽ & cũ veteribus dicũt pullaſtras, iuniores pullos gallinaceos. Etiã pulcinos, quemadmodũ Latini pullicenos. Quod ſi olim in legẽ Fãnia *k* vetãtẽ, ne quid *k* Pli. 10. c.
volucrũ in cęna poneretur, pręter vnã gallinã, quę nõ eſſet altilis, nõ gallinę, ſed nomen pulli poſtumũ fuiſſet poſitum: nõ ſanẽ diuerticulum valuiſſet inuẽtum in fraudẽ earũ gallinaceos, paſcẽdi lacte madidis cibis. Quãquã ineptum & eſt diuerticulum. quoniã aut iſti nomine volucrum continentur: & manent vetiti, quum gallina tantum ſit excepta. aut lex nõ habebat eos in volucrib. ſed ſolum vetabat altiles apponi gallinas plures: & hos, quoq; vetitos intelligere oportuit, quia de gallinis, veluti de ſolitis altilib. eſſet expreſſum, nõ quod alia altilia permitterentur *l*. vt ſi hodie reſpõſum in quæ- *l* Dec. l. 2. de reg. iu. Alc. l. 40. §. 1. de V. S. int. Alex. 4. cõſ. 54.
ſtione ſimili eſt, & definitũ generaliter, ne, quod propter frequẽtiorẽ vſum eſt de vno dictum, id nõ etiã de aliis dictũ intelligatur ſimilibus. & de gallinis planè loquũtur. Sed fortè veteres illi legum tuitores non adeo a-

cuti fuerũt, qui ſtrophas illiuſmodi diſſiparent. Sed ego hîc de hominibus abſoluò, pueris, atque puellis. Ab infantibus illis Hieronymi non multum diſtant infantes, quos audimus hodie Hiſpaniarum: certe non ab illis *m pueris nobiliſſimis*, id eſt deſignatis imperii ſucceſſoribus. de quibus interpretes noſtri recentiores legendi eruntn. *Bis pueri ſenes*. quæ & inſcriptio Satyræ M. Varronis, δὶς παῖδες οἱ γέροντες, figuratè dictum eſt veluti de infrunitis. dictum & de ebriis, qui itidem bis pueri ſunt o. Omnium doctrinarum expertes etiam ipſi quodammodo vocandi pueri. olim vulgo audiuimus de ſcripturis ſacris puerum centum annorum itidem pro ineptop, & quidem ſic pueri principes illic ſunt q. Cæterum puer, ſiue filius centum annorum in ſcripturiſque ſacris, inque aliis Ebræorum eſt natus centum annos homo: item filius anni anniculus: filius duorum annorum bimulus, &c. quæ idē amicus noſter ornatiſſimus, & harum litterarum princeps nos docet. Idem in iiſdē litteris de filio roboris, nominis, eiuſmodi aliis, quod robuſtum, illuſtrem ſignificent. De filiis Sionis notum pro Hieroſolymitanis: & apud Homerum ſæpe filii Græcorum pro Græcis. At claudo iſtumque riuum, puer: & tu bibiſti iſthic ſatis. Intellexiſti autem, quemadmodum ecloga hæc dicta Cęſari viro puero eſſe poſſit. nam reliqua verba o-

m Cuia. l. 4. C. de pri. eo. qui in ſa. pa.

n Pla. 1. de leg. & in Axio.

o Str. lib. 1.

p Iſa. 3. ec. 10

q Dru. 4. obſ. 2. & 2. miſc. 9.

ba omnia, & nomina, & miracula dictam vincunt.

Tumulus. Sub pedibus ſydera. Arbuſta. Rore cicadas paſci. Leges elucidatæ.

CAP. X.

ET *tumulum facite, & tumulo ſuperaddite nomen a.* Videlicet tumulus eſt terræ aggeſtio, vbi nulla eſt memoria. cui igitur carmen hîc ſuperaddi in Daphnidis petit Mopſus *b*. Et quidẽ epitaphia fieri in ſepulcris ſolẽnia, continentia lamentationes, & laudes, hiſtorici teſtantur, lapidesque vbiq; proteſtantur *c*. Plato autem leges habet de eorum ordine, iureque. Cicero in Tuſculana prima, & noſter in Culice nominant elogia *d*. Quod vocabulum varias & alibi & in Iure ſignificationes habet. Ego autem nolo plura de eo. Sequitur, *Sub pedibusque videt nubes, & ſidera Daphnis.* de quo rectè retinetur illud Propertii, *Nunc mihi ſumma licet contingere ſydera plantis: e* & malè a Lipſio mutatur, in *palmis.* ecce enim plantis ſidera contingere idem eſt & ſub pedibus ſydera videre, & Deũ agere *f*. Et ſolentiſſimum tamen eſt, adeoque prouerbiale, ſic deſignare felicitatem ſummam, *Sublimi feriam ſydera vertice,* Horatius *g*. *Noſtri prin-*

a Ver. com. in Perſ.
b Ioſ. 7. ant.
c P. 9. de leg.
d Alc. C. de fru. Alex. & C. de pro. ſa. ſcr. Scip. 2. parerg. 29.
e Lip. 4. an. 9.
f Scip. 1. par. 20.
g Cic. 2. Att. 1.

cipes digito ſe cælum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manũ accedãt, Cicero. Et id gen⁹ alia ſic ſunt. Verum dico nunc tantum duo, de arbuſtis breuius, de rore cicadarum alimento laxius. *Ipſa ſonant arbuſta*, ait ecloga *h*. at lex, *Si arbuſtum meũ incẽderis*, &c. & alia, *Si motu iudicis arbuſta ſuccisa ſunt*, &c. & alia, *Qui ex arbore arbuſtum faciunt*, &c. Arbuſtum quid eſt? *i* veteres rei ruſticæ ſcriptores arbuſtum dicunt peculiariter vites arborib. maritatas. vnde & vinum arbuſtinum, & arbuſtina vitis. vt rectiſſimè notat Beroaldus *k*. Tu adieris ad Plinium *l*. *Vitẽ ex arbuſto ſuo annoſam trãsferri*, Seneca. Atque in duabus cape prioribus legibus, non pro arboribus aliis, ſed pro iſto vitifero. nam propria ſic eſt verbi ſignificatio. & quum agitur extra arbuſtum, hoc alii ſunt illi tituli *arborum furtim cæſarum. de arboribus cædendis m*. etiam maius eſt illud crimen, propter quod motus iudex ſuccidi arbuſta iuſſerit, quam vt hæc arbuſculas neſcio quas in pœnam accipiamus. In tertia lege arbuſtum noſtri dicunt arborẽ inciſam, ſolo trunco remanente. & ridiculã etymologiam addunt. Tu dic contra, quod eſt arbor cum ſtolonibus multis ſubcretis, adeoque non iam amplius arbor vna, ſed multiplex *n*. Quod memini, declarantemque Scaligerum in exercitationibus contra Cardanum *o*. Adde tu hîc illa Plinii, *omnia cele-*

h l. 27. de le. Aq. l. 20. cõ. diu. l. 3. de termo.
i Beroal. in Colum.
k P. 17. c. 11. 13. 23. & lib. 18. c. 15.
l Sen. ep. 87.
m Duar. diſ. ann. 4.
n Alex. 7. 25. S. ex. 141.
o Pli. 17. c. 13. 19. & proœ.

celerius adoleſcunt ſtolonibus ſublatis, vnamque in ſtirpem redactis alimentis. Item, *Caſtanea ipſa ſe colit, vmbra ſtolones ſuperuacuos enecante.* ſcilicet, *ſtolones in arboribus fructicatio inutilis.* An verò huc, an ad aliasque arbores illud Ennii ducis? *p Incedunt arbuſta per alta, ſecuribus cædunt, percellunt magnas quercus, exciditur ilex, fraxinus frangitur, atque abies conſternitur alta. pinus proceras peruertunt: omne ſonabat arbuſtum fremitu ſyluaï frondoſaï.* apud Macrobium. Arbuſta interpretarer ſyluas in primo loco. at in ſecundo quidem erit arbuſtum, vt hîc eſt, *ipſa ſonant arbuſta*: aut illic arbuſtum locus frequentiorib. cum arborib. & itaq; omnis eiuſmodi loc⁹ per frondoſam ſyluã ſonabat fremitu. Sed quid in 10. Æneidos? *arbuſtaq; diruta ripis.* omnino mihi videntur, arbores *q*. Quid apud Manilium? *vt noua per, monteſque ruunt, arbuſta capellæ.* ſanè capio propriè arbuſta, in quæ capellæ inſaniunt, & propter quę caper omnibus aris, cęditur *r*. Quid ni etiam ita apud Plinium? *Non palmetis modò, verum & olea, pomiſque, aliiſq; arbuſtis nobilis.* arbuſtatur enim his arboribus omnibus, non ſolum vlmis, aliiſque talib. *s*. Ceterum Auguſtinus videtur prorſus dicere arbores, *Multa nobis cum arbuſtis, & ſtirpibus communia. namque alimentum corporis ſumere, creſcere, gignere, vigere arboribus quoque tributum videtur.* Neque-

p M.6.Sat.
q Manil. 5.
r P.6.c. 27.
s A.1. de lib. arb.

tamẽ is bonus auctor Latinitatis. Nunc ad-
t Gell. 17. c. 2. Corr. memo. *arbuſtũ.* do illud *t*: *arboreta, ignobilius: arbuſta, cele-
bratius.* & *arboreta* tamen retentum nobis
Italis; qui priſcam illam linguam retinere
magis videmur. Reliqua habuiſti apud in-
u l. 79. de V. S terpretes eclogę primę *u*. alia habebis a me
ad legem aliam, quæ de arbuſti paſtinatione
loquitur. Nunc ad alterum accedo eclogæ
noſtræ, *Dumque thymo paſcentur apes, dum*
x Theocr. 4. *rore cicadæ x*. Μὴ πρᾶκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ;
y Nazia. ep. 47. *etiam ne rore ali cicadas? y* & Nazianzenus
alicubi minitans amicis per iocum, nõ miſ-
ſum iri cibum ad eos, *Sciemus, an reuera ex
ſolo rore viuant cicadæ.* ipſa Græca Nazian-
z Plu. 4. Sy. 1. zeni nunc non ſuccurrunt *z*. Attamen
philoſophique id ſcribunt, non ſoli canunt
a Pli. 11. c. 26 poetæ, aũt paſtores, rore ali cicadas *a*. *excita-
tæ cum ſubuolant humorem reddunt. quod ſo-
lum argumẽtum eſt, rore eaſdem ali*: Plinius.
b Pli. 9. c. 10. Sed nec ſolæ cicadæ ſic *b*. In Africæ deſer-
tis quædam teſtudines *roſcido, vt creditur,*
c Pli. 11. c. 32. *humore viuunt c*. & rore infecta naſcuntur
multa. ergo & aluntur. magis enim per ea
d Pli. 8. c. 33. lib. 11. c. 26. & lib. 28. c. 8 cõſiſtimus, per quæ exiſtimus *d*. Quid, quod
ſolo aere & cicadę & chamęleõ, & ſtellio vi-
uũt, nullo alio cibo? vt itaq; rideat Plin. eos
qui in chamęleontis editu medicum quid
e Aug. 2. de lib. arb. ſtatuebant. Quid? etiam homo aere alitur *e*.
*nam etiam naribus alimentum nos capere,
medici docent*, vt inquit Auguſtinus. & de
aere ipſe loquitur, quod in alimentum ce-
dat.

dat *f*. Virgilius in primo, & tertio Æneidos, *veſcitur aura* habet, provtitur, fruitur. quod alii declararunt cum illis aliis, *veſci arte armis, voluptatibus g*: At etiam auiculam Perſicam, quam Rhyntacem, vocarunt, paruã, cui vacuum nihil, ſed totam intus ſumine, atque adipe plenam, vento nutriri, ac rore tradiderunt nonnulli. & quam ego video Indicã illam eſſe, apodem, pẽdentẽ ſemper. & de qua elegans libellus extat Melchioris Guillandini. Auicula paradiſi dicitur, Indica lingua *Mamicodiata*. Sed forte tamẽ verũ nõ eſt, quod ſemper pẽdeat *h*. *Auib. apodib. quies nulla, niſi in nido aut pendent aut iacent.* Ipſe Guillandinus nidũq; imaginatur in tergo auis: vbi ſanè concauum quid veluti nidus. illic deponi oua, illic incubari, illic capi quietem per vices *i*. Quod ſi mirus modus eſt transferendi oua auibus, quarũm digiti non ſunt huic rei adcommodati, hic quid dicemus? Ego dico nihil præterea. ego dico negari prouerbiali verbo, viuere animalia aere, ac vento poſſe: *k* & notari in legibus veluti impoſſibile. Vbi an per iocum Accurſius de lupo, quod de vento viuat? *l* Veſci terra in fame lupum, hoc Plinius *m*. Etiã *in hiemes aliis proviſum pabulum, aliis, veluti apibus pro cibo ſomnus. Vipere ann.. a fame durant. n* In hominibus quoque exempla afferuntur plura, qui annos vixerint plures abſq; cibo vllo, & vllo potu. & rem certam

f Scal. 4. poe 16. Lamb. Giph. ad Lu. 5.
g Plut. Artox.
h Pl. 10. c. 38.
i Pli. 10. c. 33.
k l. vlt. C. de al. pu. pr. vbi Acc.
l Pli. 8. c. 22. & lib. 10. c. 73.
m Pli. 8. c. 38. 39. lib. 11. c. 16.
n Port. de Cer. pu. Iou. pa. Rh. 13. lect. 23.

adfirmāt philoſophi bonis rationib. videlicet nutrirentur catarrho: qui, (vt Ariſtoteles habet in ſecundo Meteororum) veluti in frigidis lapideis antris aqua, & in cauernis terræ fons omnis fluminum ab aere ingrediente perpetuo gignitur, ita & catarrhus illis perpetuꝰ gigneretur a frigida capitis temperatura & apta ſic corporis conſtitutione. a quo catarrho & nutritio eſſet. Atque capis tu obuium iſtud exemplum antrorum: quod & tibi ſatis in re tam ardua, quam nec ipſe capio ſatis *o*. Sic aiunt, a modico ſale ſub lingua compeſci famem, ſitimque. & cauſſam eſſe pituitam, quam lingua a cerebro & a ventriculo attrahat, quęque aerem reſpiratum humidum reddit, & famem, & ſitim cohibet in dies plures. Paria Plinius de quibuſdam herbis, & neſcio quibus aliis rebus. Attamen de annis dicebamus: & non de cohibita fame, ſed de nutritione. In admirandis autem auditionibus recitat Ariſtoteles, nec in Cephalena quadrupedes bibere, at rictui adſtare flatui oppoſito, oreque aperto ſuſcipere aera *p*. Etiā Rhodiginus, fuiſſe Neapoli aliquem, qui numquam biberit *q*. Alterius meminit Plinius, qui primum morbo, mox conſuetudine non bibit. Ceterum iſthic comeditur. & mirandum nón eſt, ſi aqua ex aere fiat, & aer humidū elementū pro aqua valeat: aura valeat & flatus *r*. ventus aer eſt, cum fluit: cum cogitur, aqua eſt, *in nubem cogitur aer*, huc

o Car. 1. de ſa. tu. 5. Pli. 11. c. vlt. & lib. 25. c. 8.

p Rho. d. 32.

q P. 7. c. 18.

r Ariſt. 1. met. Pli. 2. c. 42.

alludens tuus in tertio Æneidos s: & Apuleius, *Ventus eſt multum, & vehemens in vnũ coacti aeris flumen t.* & Seneca, *Si ventus eſt fluens aer, & flumen eſt fluens aqua u.* & Plin. ingerens ſe vbique nobis, *ventus eſt fluctus aeris.* Lucretius autem dixit *nudas aëreas.* de quo videbis Giphanium. At eſt de Cephalenis in admirandis, quia quæ ſint animalia, quæ non bibant, pręter ea, quę adunco ſunt roſtro, non contingit reperiri vt idem notat Ariſtoteles in hiſtoria x. Non magis mirum, quod idem prodidit de conceptu ex vento? y Plinius & de conceptu ex voce marium. Et audies in tertio Georgico, *ſæpe ſine vllis coniugiis vento grauidæ, mirabile dictu.* & ibi feram plura tibi. z Hîc vnum illud, *Molas gigni putant, vbi mulier non ex mare, verum ex ſemetipſa tantum conceperit:* Plin. Et ego de molis his plura in diſputationib. De nuptiis. Quod ſi autẽ nutrit aer, faciet id odor magis a. Et vero recitat Athenęus, Democritũ ꝓtraxiſſe vitã odore mellis in dies multos. b Et Strabo, ac Pli. quoſdã ſine ore circa Gãgẽ odore viuere. c De quib. poteſt Gelliusq; ſcripſiſſe, apud extrema Indiæ gentem nullo cibatu veſcentẽ, ſed ſpiritu florũ, narib. hauſto, victitantẽ. Addit tamen Gell. habere hæc ſe ex Græcis libris, diutino ſitu ſqualentib. miraculorũ plenis, & fabularũ. at etiã hoc, auctorũ tamen non paruę auctoritatis. His adde Hippocratẽ, qui in libro de alimentis tradit, refici cibo nos,

s Apul. de mu.
t Sẽ. 3. na. q.
u A. hiſt. 8.
x A. 5. hiſt. 5.
y P. 8. c. 42. lib. 10. c. 33. 60.
z P. 10. c. 64.
a Ath. lib. 2.
b Str. lib. 15. Pli. 7. c. 2.
c Gell. 9. c. 4.

at citius vino, citiſſime autem odore. Ergo non prorſus expers rationis, quod ille caupo pretium petiit nidoris culinæ ſuæ, ad quem alius panem ſuauiter comediſſet. Scilicet odores nutriunt, & nidores magis. ergo, nutritus de re cauponis, ſoluet cauponi pretium rei *d*. At noſtri interpretes hic laudant definitionem eius, qui datus fuit iudex (fatuus datus fuit) in quæſtione perdifficili, vt cauponi pretium ſolueretur nidoris, ſed in ſolo pecuniarum ſonore. atque addunt epiphonema, nec potuiſſe à Catone ſapientius iudicari *e*. Alii, non Lutetiæ, quod noſtri recitant, ſed in Ægypto hoc contigiſſe ſcribunt, & hoc iudicium Sultani Ægyptii *f*. Et hi illud quoque de Plutarcho, quod, quum itidem ſolutum in ſonore pecuniarum eſſet mulieri pro ſomniato ſecum concubitu, pacto nuper multis pecuniis, iudicium non ſatis æquum ab altera argueretur, quia eſſet per ſomnium lenitus adoleſcens, per iſtum ſonorem mulier nihilo melior euaſiſſet *g*. Etiam alii noſtri hæc notant. Et ergo pro caupone reſponderetur, nidore obſonatum alterum verè, ſe ſonore incenſum magis in cupidinē, ac famē pecuniarum. Sapienter potuit lis definiri ex eo, quod iſte nidor euaſerit poteſtatem cauponis, nec potuerit ab eo cuſtodiri: itaq; res, veluti in nullius bonis exiſtens, pateret omnib. & capienti quæreretur. quod de a-

d Pan.c.3.de conſuet.

e Sab. mem. 110.

f Plut. Dem.

g Con.5. cō. iu.ci.c.11.

qua

qua profluenti, aere, & ſimilibus docetur in iure. Ceterũ ad inſipidas lites non fuerũt aliæ ſententiæ afferendæ. Iuriſprudentia nõ eſſet prudentia, ſi cũ imprudentib. & impudentib. pudenter, & prudenter ageret. Iuſtitia non tribueret cuiq; ſuũ. Reſpondendũ ſtulto eſt in ſtultitia ſua, &c. Et hęc de odore. Et ſupereſt difficultas nulla in rore, & aqua. Niſi eſt fortaſſe quærendũ de aqua magis, quã de rore: quoniã ros aqua eſt quidẽ, ſed in frondib. concocta. quod ſtatim & de vino audies. Sed Athenę⁹, quod aqua citra cõtrouerſiã alat: non ſolæ cicadæ ipſa alantur. Cicadæ aluntur rore. Sed hic aqua eſt *h*. χιὼν γὰρ καὶ πάχνη ταὐτὸν, καὶ ὑετὸς καὶ δρόσος, ἀλλὰ τὸ μὲν πολὺ, τὸ δ᾽ ὀλίγον. Plinius dicit *niuem aquarũ cæleſtiũ ſpumam k* qui alibi *butyrũ ſpumã lactis*. Attamen nec ſolo multo & pauco differt aqua & ros, ſed & concoctione. *l* Etiam verò Ariſtotel. in hiſtoria, & in Problematis ſcribit, aquã nutrire: etſi neget de aere contra antedicta: & de aqua pluuia dicit, ὀμβρίῳ ὕδατι. ne capias de mixta, inquit Patritius, aqua nec ſola. Affertur Homerus, qui aquam dixerit & τροφιμώτατον. Et Rhodiginus recitat de fæmina, quæ annos duos & viginti vixerit ex ſola aqua. Idem aliiq; de quibus Mercurialis egregius in vltimo capite diſputationis, quã habet, ſi vinũ, & aqua nutriant. Oſtendit autẽ doctiſſimus ille vir, nec aquam nutrire, nec vinũ. *m* Et de aqua ipſe Ariſtoteles

b Ari. 1. met.

i P. 17. c. 2.

k P. 11. c. 41.

l A. 6 hiſt. 16. lib. 8. c. 2. & 1. probl. 3.

m A. de ſen. 5.

ex opinione ſua, non ex probabilib. & vulgarib. & hiſtoricis, & narrationib. aliorũ, ſic definit, aquã non nutrire. adieris ad librũ de ſenſu, & ſenſilib. *n* Vt mireris, Franciſcũ Patritiũ in ſuis diſcuſſionib. peripateticis notã obiicere Ariſt. contrarietatis in cõtrouerſia iſta. cũ ſint nobisq; Accurſianis nota illa, & vulgata omnib. Ariſt. opinionẽ nõ cẽſeri, ſi quid in problematis, in hiſtoria, alibi extra propriũ locũ quid ſcriptũ ab Ariſt. inueniatur: certè, cum in proprio loco aliter aperit mentẽ ſuã. Vrget illud pluuię aquæ: *o* quæ tamen (vt ait, & diſputat Plin.) plurimũ habere ſordiũ ſentitur. Sed Patritius voluit ſuo more Ariſtot. conuiciari. Cõtrouerſia hæc eſſe inter philoſophos, & medicos videri poteſt: Si medici ſic cenſent, vt hactenus relatũ eſt. *p* Verum neq; ſecundum medicos nutrit aquà. & itaq; Galen⁹ in libello de aqua, *Nõ autẽ nutrit aqua, ſed ſolũ eſt vehiculũ alimẽti; vt placuit Hippocrati, & Chryſippo, & Eraſiſtrato.* Mercurial. docet, verã eſſe opinionẽ, quod nec odor, nec aqua, nec vinũ nutriat. & nõ patitur, Hippò. medicosq; ſuos nũc in contrariã rapi. Ait, ſolidas nutriri partes, nõ ſpirit⁹, aut humores. quia id nutriatur ſolũ, quod viuit. ſpiritus autẽ & humores non viuant. Neq; aut ab aqua, aut vino nutriri poſſe illas partes: quæ nec refici ab aqũa, aut vino poſſunt: cum aqua, aut vinũ craſſeſcere nequeat, itaq; (quod eſt verè nutriri) verti in partes ſolidas nequeat. Vinũ purũ non craſ-

n Patr. 3. diſ. Per. 5. ſi.

o Pli. 31. c. 5.

p Card. 1. de ſa. tu. 5.

feſcit. Muſtum, & quędam dulcia, quæ craſſa reddi valent, ea nec ſunt pura, at habẽt multũ materiæ pinguioris. & adeo nutriũt. Vinũ, odor refocillare poſſunt vires, ac ſpirit⁹: & id dixerit Hippoc. Vinũ nõ nutriat, quod nec ſit aliud, quã aqua cocta in vite: vt de Empedocle, Ariſt. Plut. ille habet: ἐκ τῶν ὑδάτων οἶνος φύεται, Athenęus. q Sanguinẽ terrę dicebat Androcides. Sic autẽ aliis reſpõdet Mercur. qui aut de aqua, aut de vino tradidiſſe videtur, ꝙ nutriat. r Noſtrę leges in legato alimentorũ intelligunt aquãquoq;, & veſtẽ, & habitationẽ, & pharmacũ, & quicquid eſt neceſſariũ, & vtibile in tuenda vita, atq; corpore accurãdo: & noſtri nõ phyſicè de vocabulis tradunt, ſed ꝑ vſu loquentiũ, & ꝑ vtilitate reip. pinguius s. Interpretes aũt I. Can. itẽ theologi Scholaſtici quærunt, ſi ieiuniũ frãgitur ab odore, potu vini aut aquæ. & diſtinguũt de ieiunio naturę, & ieiunio eccleſię. dicũt. n. illud eſſe nihil guſtare, alterũ nihil guſtare ad nutritionẽ. & ergo ieiuniũ eccleſ. non ſolui à potu: quia pot⁹ nõ fit ad nutriẽdũ, ſed ad digeſtionẽ ciborũ. Odore nec naturę ieiuniũ ſolui. etſi odore cõfortemur. Idẽ nec ſolui ab his, quæ int⁹ fiũt, veluti a catarrho. Ceterum ego de potu, certè de potu vini contrariũ cẽſeo. nã recepta erat medicorum opinio, & manet in vulgo, vinum nutrire. ad quã opinionem, non ad Aquinatis (vt faciunt) dictata Ariſtotelica ſubtiliora,

q Pli. 14. c. 5.

r l. 1. 6. 23. de ali. leg. l. 43. 44. 234. de V. S. Alex. 6. conſ. 177.

s Pan. c. 6. de cel. miſ. vbi add.

decet leges accipere, præſertim canoniſtarum capitum craſſorum.& præſertim quod ieiunium eccleſiæ eſt frangendæ carnis quam vinum (vt non dicam aliud) fouet r. r Pli.23.c.1. *Vino aluntur vires, ſanguis, coloſque hominum:* Plinius, qui &, *Lactis potus oſſa alit, frugum neruos, aqua carnes.* Ad quem id vnum, quod ſi vino ſanguis alitur, etiam ſolidæ partes vino aluntur. nam, ſolidas partes ali ſanguine, certum eſt.

Cicero. Ecloga quando ſcripta. Proculæ olim. Virgo. Mulier. Orpheus. Muſarum filii. Quædam iuris.

CAP. XI.

CVm Cytheris in theatro cantaſſet eclogam ſextam, Cicero præſens dicitur acclamaſſe Virgilio, *Magnæ ſpes altera Romæ.* quod hemiſtichium poſtea in Æneida poeta tranſtulerit.& ita ad eclogam Seruius, aut quiſquis alius interpres refert. At videtur ea certè fabula. Nam ecloga hæc non prima eſt ſcripta.& aliarum nullam exiſtimo ſcriptam viuo Cicerone. Ne tu quid cõmenteris tamen mecum à clade Variana: quaſi illa notetur his verbis, *& triſtia condere bella.* Clades enim & poſt mortem Virgilii contigit, quinquẽnio ante Auguſti exceſſum. *Triſtia* epithetum bellorũ omnium: hîc & omẽ Vari malũ. Nota Vari Quinctilii infelicitas. ad quam auditam diſcidit ſibi veſtẽ Augu-

ſtus.

ſtus.vt iſte mos nõ Ebræis modo, ſed & aliis gentib. lacerandi veſtẽ ad auditionẽ rei triſtioris. Sic Æneas in quincto. Sic Amata, & Latinus in duodecimo. Sic idem Auguſtus, quum ſibi dictatura offerretur. Quæ apud Xiphilinum ecce nunc relego, notata aliis. & quæ ego hìc nolo. Ad Ciceronẽ quod attinet, crediderim pro certo, nihil ei auditũ, aut lectum Virgilii. Tantũ abeſt, vt ediderit in Virgil. Cicero cõmentariũ, *a* laudatũ alicubi noſtro Bergomati, interpreti alioqui iuris noſtri doctiſſimo. Nã de auctore Rhetoricorum ad Herenniũ, qui in tertio libro laudat Virgilii verſus, conſtat iã, non eũ eſſe Ciceronẽ. *b* etſi etiam Priſcianus nominet Ciceronem, dum eundem auctorem affert pluries. etſi etiam alii ſic nominent. Etenim nec ineptum eſt, receptam in vulgus inſcriptionẽ operis alicuius retinere in eo nuncupando. Hodie auctorẽ illum Cornificiũ pleriq; volunt. præceptor meus Franciſcus Valterus aiebat Gallionem. *c* *Nonnihil pater Gallio de rhetorica ſcripſit*: lego apud Quinctilianum. *d* Ipſe Virgilius & legit Ciceronem cum cura: & eidem non abſtinuit cõpilando. In quo poeta tu' carpitur à nonnullis, ſed defenditur ab aliis, & a pleriſq; laudatur. Cæterum de Virg. dignitate alibi. *e*. Cicero nouit ſanè Cythereida nobilem: ſed idẽ audire nonã eclogam nequiit: quæ videtur tamen prima ſcripta: nã argumentũ

a Alb. 1. cõſt. Dig.
b Priſc. 3. 4. 7. 9.
c Quinct. 3.
d Aſc. Verr. 2. Ser. Geor. 1. Macr. 6. Sat. 2.
e Cic. 9. fam. 26.

eius a triũuiris, qui iã cæſo Cicerone Mantuanos ſpoliarunt agro *f*. *Non paſtor Menalcas, ſed Virg. eſt intelligendus:* Quinctilianus ad eam eclogã. Sequens argumentũ primæ eſt: cum ſuus reſtitutus ager Virgil. fuit. Secundæ argumentũ amores Corydonis: qui inſecuti: ſiue ille Alexis eſt Auguſtus, ſiue Pollionis puer Alexander. Sic & quinta, & ſeptima habent poſt locum, quia in ſeptima illi iidem amores attinguntur, & in quinta nominatur omnino ſecunda illic, *Hæc nos formoſum Corydõ ardebat Alexin*, vt ſit poſtea ſcripta, etſi ei eſt argumẽtũ antiquius cędes Cæſaris. ſic & tertia ſcripta ante quinctam, nominata in eadem quinctà, Hæc eadem docuit, *Cuiũ pecus? an Melibœi?* ſed & tertia tamen ſit poſt Ciceronẽ ſcripta, quæ laudes habet Pollionis, per quem Virgil. inductus in familiaritatem Auguſti, vt & per Gallum. De tempore quartę cõſtat, conſule Pollione. Conſtat & de tempore octauæ, bellum gerente Auguſto in Illyrio. Vt iã, ſi decima extrema eſt, quã extremã ipſe dicit, nulla ecloga ſuperſit non ſcripta poſt Ciceronem. Nã ſexta eſt ſcripta certè, cùm iã ſcripſiſſet alias: vt audis ex primis verſib. ſed & laudes Galli idem euincunt: quemadmodum & de Pollionis dixi. Potuit Cicero legiſſe Culicem, ſi opus Virgilii illud eſt, & illud adhuc puer ſcripſit tuus. Nam trigenarius erat Virgilius, cum Cicero moreretur.

f Q. 8. c. vlt.

Mirum

Mirum verò, de eo poematio nihil a Virgilio tranſlatum in aliquod aliud trium, vt de Ciri ſumpſit plura in Bucolica, Georgica, Æneida. Quod ſi autem pueri opus eſt, etiam ad puerum eſt Octauium, & puer illic non filius eſt, etſi & exponi pro filio etiã poteſt. de quo dixi ante. Nunc quædam notemus in ecloga. Et notat Seruius ad verbũ *procul*, quod ſit hîc veluti propè *g*. & idem in Æneide nôtat ter. *Procul*, inquit, *& præ, & porrò. & de nimia vicinitate h.* & ſunt quidem plurima contrariarum ſignificationũ. de quibus grãmatici, & amicus noſter ornatiſſimus Robertus Titius in libris contra Ioſephum Scaligerum, itẽ alii obſeruarunt. At ego tamen in *procul* obſeruatum alibi, aut exemplum non memini. & loci Virgiliani obſeruationem Seruii non vincunt. Noſtri interpretes iuris rapient, ne teſtes videantur contraria attuliſſe, quorum vnus ait, propè quid extitiſſe; alter, idem extitiſſe *proculi*. Idẽ rapere ſolent a verbo *olim*: *k* quod trium eſt temporũ, & *dudũ, protinus*, alia: de quib. item grammatici *l*. Sed & iidẽ noſtri interpretes, & quod regulam capiunt à natura verbi, cui adiiciũtur. & exẽpla in verbo *olim* ad prçteritũ, & futurum obuia ſunt. ad præſens fuerit illud, *Quod tumidis ſubmerſũ tunditur olim fluctib.* in quinto Æn. Niſi dicis *olim* hîc eſſe quaſi *ferè*, aut *ſemper*: quæ & ei⁹ articuli ſignificatio eſt, & articuli *quõ-*

g Seru. Æn. 5.6.10.

h Gell. 9. c. 12 T. 1. con. Scal. 3. & lib. 2. c. 3.

i Alc. 11. parerg. vlt.

k Chariſ. 1. Priſ. 15. Ser. Æn. 1. 2. 3. 8.

l Bal 1. cõſt. Dig. Bar. l. 1. de no. op. nu.

dam.Et ſic etiã in quarto Georgico, *Depren-ſis olim ſtatio tutiſſima nautis*. & ſtatim p. ſt, *ſtabuli cuſtos in montibus olim*.Sed & in primo, *cum frigidus olim iam cadit*. & in nono Æneidos, *quondam cadit*. in duodecimo, *quondam canit*.at in octauo, *non ſecus atque olim percurrit*. Pergamus ad alia. *Ah virgo infelix* Etiam cum Seruio notes, virginẽ hìc dici Paſiphaẽ pro iuuene, à viriditate,& vigore ætatis. nam illa mulier erat. *m* Itaq; *virgo* & de nupta dici vetuſtè, etiã tradunt. Sed tamen apud Terentiũ relatione potius facta ad id, quod tũ de fæmina credebatur, ſic virgo dicitur. *n* Quodam in loco libri Sapientiæ *uxorẽ virgine* leguntaliqui, vt Druſius narrat: quod matrimonii caſtitas quaſi quædam ſit virginitas. *o* *In vſu matrimonii eſt caſtitas*: etiam canoniſtæ *p*. *Et malo libidinis benè vtatur pudicitia coniugalis*: Auguſtinus, Cum id genus aliis. Sed Seruius, quod vs⁹ obtinuit, vt innuptę virgines, nuptę mulieres vocarentur. *q* *Innupta pro virgine dicitur*: notanter Cuiac. in Conſultationib. Sed Serui⁹, quod apud maiores indiſcretè virgo eſſet, & mulier. & hoc idem eclogæ affert, *Ah virgo infelix*. *r* Antiqui dixerunt viras. itaq; viragines, & virgines. quib. ſic vti poſſis nominib. ad exprimendum quod in Geneſi eſt de nomine fæminę *s* quod Adam protulit. *t* Veteres etiam dixere *pueras*. etiam pro vaccis *tauras*, ſed ſterilib. vt apud P. Diaconum,

m Vall. 6. el. Seru. Æn. 11. Don. 4. Ad. ſi.

n Sap. 15. vbi Druſ.

o Pan. c. 6. de ſta. mo.

p A. 2. rhe. 53.

q Cuia. cõſ. 47.

r Iſid. 11. itẽ Feſt.

s 2. Gen. 23.

t Priſc. 3. 6. 10. 11. Don. And. & Nõ. de ho. ve. di.

num, & in ſecundo Varronis de re ruſtica. Quid ni virgines etiamq; nuptæ ſteriles? Ita virgines dici muſas nō oportet, puellas Pieridas: quæ (vt alicubi Scaliger) ſteriles eſſe non debent, nec ſunt. *u* vt filiosque muſarum audimus Rheſum, Orpheum, Linū, Ialemum illum ſtupidum, qui prouerbio viam aperuit, quod Heſychius habet, & Galen⁹ in libro de præcognitione *Jalemoi medici.* Tuus dixit poeta de Orpheo, & Lino, *Orphei Calliopeia, Lino formoſus Apollo.* & Lini mater Clio. & Orphei pater Oeager: vnde & Oeagrius Hebrus in quarto Georgico. & verſus Ariſtot. epitaphium Orphei, Θρῆικα χρυσολύρην Οἰάγρου παῖδα θανόντα Ὀρφέα ἐν χώρῳ τῷδε θέσαν Κίκονες. Mirum, ſi idem Ariſtoteles putarit, Orpheum iſtum numquam fuiſſe. *x* vt recitat M. Tullius. *y In Orphicis vocatis carminib.* Ariſtoteles alicubi. *z* Quēadmodum & Pauſanias negat, eſſe carmina Orphei, quæ circūferebantur. Idem & Muſæi carmina negat, quę habebantur. Vt propter eadē non debuerit Scaliger Muſeum Homero præferre, aut credere prælatum à Virgil. illic in ſexto, *Muſeū ante omnes,* &c. Quamquam hoc tentauit fortè Virgilius, vt ita deiecto Homero de primo loco ipſe in illum ſuccederet, quem tenere ſecum Muſeus non poſſet. *θ* Et ſimile artificium notatur Liuii contra Salluſtium, quem fecit Liuius inferiorem Thucydidi, vt ipſe dein ſu-

u Eur. Rheſ. Ci. 3. de nat. deo. Nat. Com. 7. My. 15.

x Cic. 1. de na. de.

y A. 1. de ani.

z Pauſ. Att.

θ Senec. 4. decl. 1.

*a*Sper.dia.1. de Virg. pra Thucydidem eſſet, quem facilius ita vinceret *a*. Subdolè factum a Virgilio aiunt in eodẽ ſexto. vbi aliis gentibus alias laudes omnes relinquit, & nominat, ſed nõ poeticã. *Orabunt cauſſas melius:* ſed non addit quicquam de re poetica. & vt Ciceronem (nefas, P. Maro, nefas) Ciceronem Græcis fecerit inferiorẽ, ſe, ſpem illam alterã, facere noluit. Verum aberramus nos a re noſtra nimis *b*. Idẽ Pauſanias negat Lini carmina, quæ Lini dicebantur. ait, neutrum (nã duo fuerunt) Linũ ſcripſiſſe carmina, aut periiſſe ſcripta. Sed vt iſtorũ ſcripta nõ habeantur, nõ tamẽ & viri ipſi nõ fuerũt *c*. Orphei pater, mater, præceptor Linꝰ, auditor Mũſeꝰ patria, mors, reliqua tradũtur: *d* Orphei oraculũ, quod cõſulens Cyrus, Τὰ ἐμὰ ὦ Κῦρε σά, triſtia ab eodẽ dicta reportauitꝰ. Scilicet femineis armis vterq; cæſus & obtrũcatꝰ. Idẽ Pauſan. in Phocaicis recitat, nec Muſeũ, nec Orpheum in vllum vnquam deſcendiſſe certamen: elatos ſcientia myſteriorum, & reliqua vitę dignitate. *e* Apuleius tamen cauillatur in Orpheũ, & Arionẽ, illũ mulcentẽ tigres, iſtũ inter delphinas plausũ ferẽtẽ. quę & Virgil. vt audies. Inquit autẽ Apuleius, eos potuiſſe ſe admirari impenſiꝰ, ſi hominib. potius, q̃ beſtiis placuiſſẽt *f*. Simile quod Seneca rhetor de vuis a Zeuſi pictis, & pro veris petitis ab auibus, aues malę æſtimare de tabula. Eheu, quã multi hodie docti iudicio vaniſſimorũ! *g* & tamen tabulę ſic magnam me-

b Pauſ.lib. 8.9.

c Patr. 2.diſ. & to.4.lib.4

d Alc.l.91.de V.S.

e Apul.3. Flor.

f Sen.10.con 5.

g Plin.35.c. 4.10.

ruiſſe laudē, & admirationem habuiſſe magnā dicuntur, cū ad tegularū ſimilitudinem corui decepti imagine in eas volaſsēt, & tale aliquid aliud alia animalia ad eas fecīſsēt. de quib. plura Plinius. Et de filiis muſarū ſatis. Nec Minerua virgo eſt. nec dea artium, & ſapientiæ ſterilis ſit *h*. Ex ea, & Vulcano aliquis eſt Apollo. vt ethnicis ſic obiicit Clemens Alexandrin. qui tamen benè defendi poſſunt, ac laudari a ſenſu reconditiori, quē modò dicimus *i*. Veſtā aiunt virginē: & eam eſſe ignē: *Ter liquido ardentē perfudit nectare Veſtā*, in *4*. Georg. An quia nulla corpora ſunt e flāma? & nulla ſemina capiat, aut remittat virgo *k*? *ignis nullum animal generat*, philoſophus. etſi idem de hiſtoricis, in ærariis Cypri fornacib. beſtiolas naſci pēnatas in medio igne. Quod nec cōtradicit philoſopho tamē: etiā quia aliud ſit ex igne, aliud in igne naſci *l*. Dicā, nō attendiſſe nōſtrū Plin. huic differentiç, qui ſcribit, ab igne gigni quædā, & in igne viuere; & emori, ſi paullo longiori volatu euaſerint. Aut nū dixit iſte *ab igne* veluta loco, nō vt a materia? De virgine autē femina nū tu credes Ægyptiis, *m* qui hîc deſpiritu neſcioquid cōtradicunt cū virgine? Refuto in libris De nuptiis *n*. Virginis porrò appellatio pertinet & ad adultā. Puellæ appellatio, etſi eſt ætatis, ad virginē cogi ſolet: *o Narrate, puellæ Pierides, proſit mihi, vos dixiſſe puellas*. Quāquā muſç nō ſic puellç: vt mōdò dicebam. & idem Ouidius,

h Cl. A. adge.

i Ouid. Faſt. 6.

k Ariſt. 2. de gen. an. 3. & 5. hiſt. 18.

l Pli. 11. c. 36.

m Plut. Nū.

n Cuiac. 6. ob. 16.

o Ouid. 3. Amor. 4. & 2. De art. & 2. Faſt. &c. l. 22. fol. mat.

aliique & Vlpianus *puellam* & de nupta dicũt, Helena, Lucretia, Penelope, aliis. Apuleius nono Aſini *p*. Et Martialis, *Uxor cum tibi ſit formoſa, pudica puella: Quid tibi natorum iura, Fabulle, trium?* Audies iura trium liberorum in legibus. & intelliges Martialis verſum hunc *q*. Alium habet patruus tuus in Parergis *r*. Princeps ius illud cõcedebat ex cauſſa; Traianus parciſſime *s*. Virginis verò nomẽ & ætatis ſuſpicatus Auguſtinus in Ebræa lingua *u*. Contra autem *mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur x*. Scilicet mulier a mollitie nuncupatur. igitur & virgo contineatur eo vocabulo. & infans *y*. nam feminini ſexus omnes continentur. non ſolum virgo viripotens, quæ egreſſa infantiam eſt multo *z*. & quæ viripatiens dicitur: & muliebris patientiæ legem accipere poſſe: & contra impatiens viri: *iuſtos pati hymenæos*, leges in tertio Georgico. Sane tamen mulier vſitate dicitur devirum paſſa *a*. παρθένος ἦνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω: inquit illa apud Theocritum, quę nupſit *b*. & Cicero, *cras mulier erit*. & contra Verrem, *Qui lege ſua hæreditatem ademit nulli, neque virgini, neque mulieri*. & iterum, *ſtatim negotium dat illis ſuis comitibus, vt videãt, ecqua virgo ſit, aut mulier c*. ſic alibi & apud Gręcos, & apud Latinos *d*. & apud Tertullianum: *Virginis, & mulieris, id eſt non virginis*. & ad veterem

p M.9.ep.68.
q Scip.1.Parerg.1.
r Pli. vlt. ep. 95.96.
s Aug Gen. 107.
u l.13.de V.S.
x Iſid.11.
y l.25. de aud. leg.
z Feſt Petrõ. Oui. Faſt. 6.
a Theocr. 27.
b Quinct. 6. c.4. Cic. Ver 3.
c Euri Elect Soph. Trach.
d Ter. de vi. vel.

ritum, *crinibus a fronte diuiſis apertè profeſſa mulieritatem*. & Proculus tyrannus, delectus ab imperatore Probo, quod recitat Vopiſcus, *Centum virgines cepi, omnes intra dies quindecim mulieres reddidi.* Et his tamen nec quicquam morantibus (quod idem ait Tertullianus) *non eſt nouum vti vocabulo principali, ſub quo cetera ſunt: itaque nomine mulieris etiam virgo comprehendatur e.* & hæc idem cõſuetudo ſcripturarum: vt ſcribit Auguſtinus. Idem Tertullianus, quod non modo de virgine, nupta, vidua capitur hoc generale vocabulum, ſed & de ætatibus. vt & nos notauimus de infante *f.* Illic iunctę ſignificationes, generalis, & ſpecialis, *mulier, quæ fieri mulier non poſſit.* alicubi in libris legum. Additque Tertullianus, vocabulum *feminæ* eſſe naturę. Quia ſcilicet & in genere animalium, plantarum, inanimatorum dicitur femina: non niſi in hominibus mulier *g. omnibus, quæ terra gignat, vtrũque ſexum eſſe, diligentiſſimi naturæ tradunt:* Plinius. Audies, ius eſſe naturale, quod natura omnia animalia docuit. & nomen ergo naturale, quod natura omnibus animalibus dedit. & femina eſt a fætatione. De quibus ſatis. Adi & ad Parerga patrui, & ad noſtras diſputationes De nuptiis, libro ſecundo.

e Aug. 1. de con. eu. 28.

f l. 14. de æd. ed.

g P. 13. c. 4.

Turpes nuptiæ. Ruminatio. Errabunda veſtigia. Mala. Erigit alnos. Dictum ad leges.

CAP. XII.

AH *virgo infelix, quæ te dementia cepit?* &c. Et de turpibus his nuptiis biformis proles minotaurus. quod in ſexto Æneidos *a*. De Semiramidis, & equi Plin. At hæc obruenda tenebris. *b* Hîc Dei lex iubet, & ipsũ interfici. ſic animal. vbi & ſic Auguſtinus: *Quæritur, quomodo ſit reum pecus, cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax? Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici, quia flagitio contaminata indignã refricant facti memoriam. Et reum dicitur per metaphoram; ſicut dicitur iratũ mare: ab animali ad inanimale ductam: c* Leges alii dicunt pertinere ad exemplum: adeoq; & in bruta, & in inanima edere exempla *d*. *Ea de cauſa ſupplicia annua canes pendũt, inter ædem Iuuentutis, & Summani, viui in furca ſambucea fixi.* etiam quæ nihil mali patrarunt? Sic ſunt alia in animalibus vindicata, & in inanimis: de quibus eſt diſputatio noſtra, cui titulus, De cauſis pœnarum, eſt: *e* & proſtat vetus in Decreto Gratiani. *f* At concubitus hos hodie quoque ſic puniunt, etiam tentatos, non conſummatos. Sanctiſſimè, & ex iuris regula, vt in atrociorib. affectus ſit idẽ & effectus.

a P. 8. c. 42. *b* Leu. 20. Aug. q. 74. *c* P. Ærod. 1. decr. 24. *d* Pli. 29. c. 4. *e* c. 11. 1. q. 4. *f* Clar. § *fornicatio.*

Ve-

Verũ tu tene nũc, falſũ eſſe, vt ex eiuſmodi
nuptiis fuerit Minotaurus, aut eſſe aliquid
tale poſſit *g*. quicquid hoc ipſum Paſiphaes g Bal.l. 52.
tradũt noſtriq; interpretes iuris *h*. & recitat pro ſoc. h P.7.c.2.9.
Plini. Indos quoſdã coire cũ feris; & ſemife-
ros partus eſſe *i*. *Sed neq; centauri fuerũt, nec* i Lucr.5.
tẽpore in vllo eſſe queũt. duplici natura, & cor-
pore bino. &c. apud Lucretiũ. qui quod eſſe
nequeũt *ex homine, & veterino ſemine equo-*
rũ: at ſint monſtra tamen *k*. quod & Ariſto- k A.2.Phyſ.
teles, & Galen. & alii docẽt. Animalia diuerſi & 4. de gen.
generis ſi coeunt, tũ generant, quũ eadẽ fe- & 8. hiſt. Gal.2. de vſ.
rẽdi vteri tempora habuerint, & corporum par.Pli.7. c.
magnitudinib. nõ multũ diſcrepauerint. Sic 3.12. lib. 8.c.
ego putẽ, quę ait Plinius mõſtrifica in mari 16.40.44.
plura a luxuria humoris. ſic quę alibi, *ad pau-* lib.9.c. 2. 23.
cos amnes congregãtib. ſe feris multiformes in lib.10.c.3. 65.lib. 17.c.
Africa animalium partus, variè fœminis vni- 16.19.lib.32.
uſq; generis mares aut vi, aut voluptate mi- c.2. Colũ.6.
ſcente. & ſic diſertè de quibuſdam, *Haliaeeti* c.35.
ſuum genus nõ habent, ſed ex diuerſo aquilarũ
coitu naſcuntur. Sic de lupis & canibus: de
cane, & vulpe: de cane, & tigride. Sic im-
poſſibile (inquit Ariſtoteles) de cane &
homine: de oue, & boue. In plantis non
dixeris impoſſibile, inſitam arborem va-
riis pomorum generibus onuſtamque alio
ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, fi-
cis, piris, Punicis, omnibus malorum gene-
rib. vidit Plinius. ait, etiã diuerſas, inſociabi-
leſq; naturas copulari, ficũ, atq; oleam. Sint

hæc in plantis. in aliis animalibus non ſunt. Eſt in vipera, & murena: in oue, & hirco, de quibus Tityrus: eſt in aliis ſimilib. Videmus, indies fieri cum aſinis, & equis. & mulos ex aqua ſic naſci, & aſino, ex aſina & equo hinnos: vt inquit Plinius. ego burdones dixiſſem ex aſina: *m* quorum mentio aliquando in iure: & qui tamen idem ſint cum hinnis, & cum mannis, & cum buricis. vt nec nominum ſoni ſunt differentes penitus: & per loca, & tempora maiorem mutationem alia ſuſceperunt *n*. Cuiacius ad noſtram legem aſſentitur prolixè his, qui mulos interpretantur. Ceterum nec Græcorum auctoritas, qua hic vtitur, tanti eſt in re Latina *o*. & certum eſt, quod ego docui, & alii ſic docent. Rhodiginus & corruptum locum Hieronymi præmonuerat: quo adhuc vtitur corrupto Cuiacius. & verum is ſcribit tamen, Mannos, & buricos eoſdem eſſe *p*. Iam qui mulos inuenit, id eſt excitarit eos ex iſta mixtura & admiſſura, in libro Geneſeos notatum eſt, & improbatum, vt quidã exiſtimãt. Quod ſi ex muliere naſcitur quid ſemiferum, id a cogitatione (*q* ſic & ipſe Accurſius noſter) fiat mulieris, quæ cum viro dum eſt, imaginatur ſibi ferum, quod ſanè amet, aut in quod aliter ipſa feratur *r*. Et de hac re tota volo videre te miſcellanea Magii. Ille Minotaurus non ex imaginatione extitit, ſed ex vxore quidem Minois, vnde pri-

m l. 49. de le. 3.

n C. 11. obſ. 16.

o Man. 5. *vbi* vide Scal. & Rhodig. 23. lect. 5.

p Gen. 36. vbi C.

q Acc. l. 135. de V.S.

r M. 1. miſ. 20.

primam traxit nominis partem, & ex amaſio, viro illuſtri, Tauro nomine, de quo tracta pars poſterior in eodem nomine eſt. quod & Seruius notat. At taur' noſter bos *pallentes ruminat herbas.* ſc. virides, & teneriuſculas, quales vere ſunt, & initio æſtatis, nõ ruminant, ſed palleſcentes, aréſcẽtes. Eſt ruminatio retractio cibi ex ventriculo in os: vbi manditur ille rurſus, & præparatur melius, vt mutari in vẽtre poſſit. Neq;.n. aridiora iſthęc primo tempore præparari, & concidi ſatis valent: at deglutiuntur ab his animalibus; quæ plurimum dentibus carent ſuperioribus: adeoq; ruminánt. *s* Et de hoc plura, quę intacta aliis, & digná ſunt ſcitu, nobilis Mercurialis in Lectionibus per quattuor capita *t*. Tu adnota, quod & mures Pontici quoque remandunt, & Scarus dicitur ruminare ſolus piſcium: & *Onocrotili auis faucibus ineſt alterius vteri genus. huc omnia inexplebile animal congerit: mira vt ſit capacitas. mox perfecta rapina ſenſim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert.* Pli. *u*. Alia de ruma, & rumine & ficu ruminali, & Rumone Tyberi hîc Seruius, & alibi, & alii. De veſtigiis errabũdis boum etiam interpretes hîc bellè *x*. Homerus ſolet εἰλιπόδας βοῦς, item alii. atque Coluti interpres reddit varias *y*. de quo pedum vitio in hominibus habebis in legibus. Solet Homerus & εἵλικας. etiam aliquando ſi-

s M. 5. lect.
t Pli. 9. c. 17. lib. 10. c. 57. 73.
u Ser. Æn. 8.
x l. 10. de æd. ed.
y Hom. Il. 16 18. 21. Od. 1. 4 8. 9. 12.

mul εἰλιπόδας ἕλικας. & quodam loco ἕλικας, vbi illico ὀρθοκραίρας dixerat. vt interpretes nequeāt ſemper illas dicere, quæ habent torta cornua. aliquando & nigras vertunt. quod grammaticique probant. τὰ μῆλα ταννίποδα in primo Odyſſeę ζ. *Boues animalium ſoli retrò ambulantes paſcuntur* : Plinius *a*. Sed illud mirum magis, quod alicubi & ambulent auerſis pedibus: ſic habent cornua longa, & deiecta, vt neceſſe habeant, eadem humi figere, ſi gradiantur antrorſum *b*. Alibi ſunt boues, qui nodos ſcapularum flectant, vt cameli. Omnino verſatilis eſt pes bouis. vt itaque Virgilius huc alluſerit cum veſtigiis errabundis *c*. & in Ezechielis viſione ita viſa effigies vitulini pedis, qui ſummam facilitatem eundi in partes oſtenderet: vt illic eſt adnotatum. Nunc ad mala illa bona, quæ admiratam puellam dicit poeta *d*. & aurea illa mala Heſperidum, oues Varro dicit : quas Græci ſic appellent propè ad Latinum ſonum hunc μῆλα: eas Latini bela vocarunt, quia non *mee*, ſed ſonare *bee* videntur oues, vnde eſt *balare balantum*. quod & ſic Græci agnoſcunt. & ſic notant grammatici tui illud: Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει, & alia. οἰῶν βληχὴν, Odyſſeę duodecimo, & μυκηθμὸν βοῶν. Et ergo verius ſit, non, vt Varro vellet, a *voce*, ſed aliūde μῆλα Græcis fuiſſe nūcupata. de quo nec ſilēt Grāmatici. Sed Gręci

ζ P.8.c.45.

a Herod. 4.

b Ariſt.8.hiſt 28.

c Ezech.1. vbi T.

d V.2.de. r.r.

ei dicuntque μῆλα poma, mala: Dorienſes, ac Æolii, quos potiſſimum ſecuti Latini, μᾶλα. vt mutarunt illi paſſim η in longum α *e*. Notes autem obiter, πρόβατα dici oues; ſed & quæuis pecora, & omnia quadrupedia olim dicta, ſcito *f*. Etiam de pomis tibi notandum, ea ſic a ſcriptoribus de agricultura (ſi Macrobio credimus) diſtingui, vt nuces dicant omne pomum, quod foris tegitur duro, & intus habet, qúod eſui eſt: malum verò, quod foris habet, quod eſt eſui, & durum intus includit. Sic perſicum eſſe inter mala: quod tamen Sueuius poeta numerabat nuces. Ficum item, oleam, vuam diſtingui a pomis, item pira: vt idẽ ait *g*. Et de ficu ſic probat auctoritate bonorũ ſcriptorũ P. Victorius in variis lectionibus. nec ego dubitem magis, quam de vua. nam vt hæc cute clauditur, ita etiam ficus *h*. Et tamen lex noſtra inquit: *Qui fundum vendidit, pomum recepit: nuces & ficos, & vbas, dumtaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis eſſent, quas non vini cauſſa haberemus, quas Græci τρωξίμους appellarent, recepta videri.* Vbi Alciatus ſcribit, pomum dupliciter accipi, ſpecialiter pro malis, & generaliter pro omni fructu edendi cauſſa parato, atque generaliter ſit accipiendum vocabulum, quod propriè ſpectat non magis ad vnã, quam ad alterã ſpeciẽ. Forneri⁹, ex eo, quod de nucib⁹ additur, eleuari grám-

e Foeſ. œcon. Hipp.

f M. 3. ſat. 8.

g Vict. 23. lec. 3.

h l. 205. de V. S.

maticorum differẽtiam, qui pomum mol-
lioris tantum corticis fructũ, nucẽ durioris
tradunt. Sane Ouidius in elegia de Nuce
pluries pomorum nomine nuces dicit:
quemadmodum & ceraſa. Et negari nõ po-
teſt, quin in gẽerali tractatu de pomis Plini-
us & de nucibus quoq; tradat, & de vuis, oli-
i Pli.15.c.28 uis, ceraſis, prunis, ficubus, reliquis *i*. *& ha-
ctenus ſint ſpecies, ac genera pomorum*, inquit,
poſtquã de his omnibus tradidiſſet, de vuis
k Pli.15.c. 24. etiam nõ duracinis *k*. Et idẽ tamẽ de glãdi-
bus: *Glãdes inter poma numerari nõ poſſunt*.
Cur autẽ magis numerari nuces, & caſtaneę
l l.236. de V.S. poſſunt? Etiã lex: *Glandis appellatione omnis
fructus continetur: vt Iauolenus ait, exemplo
Græci ſermonis, apud quos omnes arborum
ſpecies ἀκρόδρυα appellãtur*. Nunc ita conclu-
damus, quod latius exſequimur in Cõmen-
tariis ad titulũ De verborum ſignificatione:
imo triplicẽ eſſe ſignificationẽ vocabuli
huius *n* & ſpecialiter diſtingui pomum a fi-
n Pli.18.c.26 cu, oliua, ſimilibus: generaliter non diſtin-
gui: & magis generaliter adhuc neque di-
ſtingui ab vuis, quæ vinique cauſſa haben-
tur. Et ſic mediam interpretationem iure
adſumpſerit lex in illa receptione pomi. vt
in eo ſcribimus Cõmentario. Glãdes autẽ
non veniunt pomorum appellatione; quia
nam poma ſuum ſunt, non hominum? Et ſi
& hominum fortè fuerint, certè Hiſpano-
m Pl.16.c.13. rum *m*, apud quos ſecundis menſis infere-
batur

batur etiam tempore Plinii *n*. Scimus illos priſcos glandiuoros, non ſolos Arcadas, qui peculiare nomen hoc ſibi retinuerunt: & *quum iam glandes atque arbuta ſacræ deficerent ſiluæ, & victum Dodona negaret.* Sed iam ſatis. Dicam in eo commentario quomodo glandis nomine contra contineantur & poma. Verbum hìc ſupereſt ad illud, *erigit alnos.* factum pro dicto: genere dicendi petito e medio *o*: vt ſic iſtum locum theologique obſeruant. Sed obiiciunt Virgilio, quod hìc faciat Phaethontis ſorores mutatas in alnos, at in decimo Æneidos ait, *Populeas inter frondes, vmbramque ſororum.* At rectè reſponderi ad talia ſolet, quod ſi in fabula omnes conuenirent, fabula amplius non eſſet fabula. Dicam tibi alibi de iſtis, ſiue fabularibus, ſiue hiſtoricis, ſiue philoſophicis, ſiue aliis; in quibus aut cum aliis, aut ſecum ipſe diſſidere poeta tuus deprehendatur *p*. inquit & de Plutarcho Galenus, quod poetæ omnia decreta introducunt *q*. *Vagantur fabulæ*: inquit Plinius.

n Al. præt. 2

o Act. 10. B.

p Gal. 3. de Hip. & Pla. de.

q P. 5. c. 5.

De ludis.

Cap. XIII.

P*Oſthabui tamen illorum mea ſeria ludis.* Quod quidem non decuit. Sed ita tamẽ fecit paſtor: qui viderit que, ludũ illorum, muſicũ certamen, antiſtare ſeriis ſuis. Alioqui non decet, res ſerias ludis poſtponere.

Sed & ludi multi fugiendi ſunt ſẽper, multi plurimũ auerſandi, nullis ſe mãcipere oportet *a*. *Cõſuetudo non parua res eſt*, reſpõdebat Plato adoleſcenti, ferenti ęgrè, reprehendi ſe pro ludo, re parua: cum tamen ludo vacaret nimis ſępe. Ludi obſceni fugiendi ſunt ſẽper *b*. mimi veteres, etſi quid vſpiã hodie eſt tale, quod referat fœda, & ſit actionis fœdæ. Et itaq; denudationes vituperauimꝰ in ludis. & diximus, nec verum eſſe, vt Dauid ſaltarit nudꝰ aut in ludo ſacro *c*. Nego, Iſaiã inceſſiſſe nudũ *d*. Miceam dicere, ſe inceſſurum nudum. Quicquid pręter biblicã litteram & hoc theologus magnus velit. Idolatrarum ludi erant iſtiuſmodi *e*. Tuorũ Britannorũ olim fæminæ glaſto oblitę toto corpore nudę quibuſdã in ſacris incedebãt. Ad ſacra & Camillꝰ, & alii triũphantes corpora minio illinebant. At aliæ mulieres nudę ad medicamenta. At Pallada Alexandri ſtatuta Apelli nuda, quã is pingeret. De quib. omnib. Pli. *f*. At rei ſacrę faciẽdę Zeuxi virgines traditę. Quæ omnia abominanda. Obſcena ne legenda ſunt quidem. quid enim, quod de ſpectando Valerius Maximus, non talia legendi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat? *g* Mira Ebręorum caſtitas iſthic narratur, vt nec ea legant, quæ ſcripta talia ſint in ſacris libris, at in tectiora commutẽt. veluti *dormire cũ muliere, aquã pedũ bibere ſuorũ, & editũ ſuũ comedere*, & id genus

a Laer. Pla.
b Don. Æn. 5 Val. Ma. 2. c. 6. Pith. 1. ſub. 27.
c Iſa. 20. vbi I. & Mic. 1.
d C. Ex. pr. 1
e Pli. 22. c. 1. lib. 26. c. 9. lib. 28. c. 7. lib. 33. c. 7. lib. 35. c. 10.
f Cic. 2. de Inu.
g Elias de acc. Iud. tab t. or. 1.

genus alia pro ſcriptis non adeo mundis *h*. *h* l.55.de leg 3.
Etiam I.C.noſter Vlpianus,ille Tyri⁹,&fortè igitur ab Ebræis doctus,ſic ſcribit *editum bubum i*.ſed &veteres,quod hodieq; vulgo *i* Scal. Profit,*aquā* ſimpliciter dicebāt ꝓ vrina. etiam Per.
(quod mirum)*ſumere aquā* pro eo,quod eſt ad ſeceſſum ire. de quib. Ioſephus Scaliger *k*. *aquam per pedes fluentem* egò legi apud *k* P.30.c.7.
Plinium.Scribit autē Ebręus magiſter,mutari vocabula in honeſtiora, ne homo proferre turpia cōſueſcat.Quę mihi notes,puer,ne te ratio vlla trahat in prolationē verbi obſcœni,id eſt,inauſpicati,&abominandi *l*. *l* Cic.1.de off.
Nec vero audiēdi ſunt Cynici,aut ſiqui ſunt y Stoici penè Cynici.Idololatrici ludi,&dęmoniaci fugiendi ſunt ſemper,& qui ab idololatria promanarūt *m*.Scenici tamē nec pro- *m* Scal.1.po 4.5.
manarunt ab idololatria:etſi idololatriā exornarunt, aut etiam exornati ipſi ſunt ab idololatria.*nā quod aiūt,Apollini Nomio,id eſt paſtorali per cōpita,& vicos cātatū carmē, a quib.appellata ſit cōœdia,id poſtea cōtigiſſe, arbitrandum eſt: neq,tam tūc originē extitiſſe, quam ortæ rei cultum quendam*:ait Scaliger *n*. Nec vero aut conuiuiis licuit intereſ- *n* I.Cor. 10.
ſe,quæ in honorem idolorum celebrabantar. Sed tamen & veſci licebat idolotythis, quę empta in macello eſſent,&iā nō ad honorē eſſet idoli,ſed ad priuatū vsū. Vt liceatq; ſpectare fabulas,etſi factas olim idololatrię, cōuerſas in aliū vsū. Paſtoralia poema

vetuſtiſſimum, ex antiquiſſimo viuendi more,&otioſiſſimo:impellente natura primum,ſiue imitatione auicularum ducente homines illos ad modulationem. & natæ cantiũculæ ſunt: aut cum ſinguli canerent, vt facit Corydon in ſecunda ecloga, & in hac ſeptima Melibœus recitat ſolus cantum illum: aut quum canerent plures. Monoproſopos prior dicta. In altera ſolebat fieri, vt ſententiæ æmulæ eſſent, verſus pari numero afferrentur à ſingulis: vt vides actum inter Menalcam,& Damœtã; audis tranſactum inter Corydonem,& Thyrſim. Et ita illic, *Alternis dicetis: amant alterna camenæ.* & hîc, *Alternis igitur cõtendere verſib. ambo Cœpere: alternos muſæ meminiſſe volebant.* o Quod Calphurnius, *vicibus reducite carmen.* p Etiam Plinius ſic, *vicibus reticent,* de auicũlis quibuſdam cantantibus item per contentionem. & de crocodilis, quod oua *vicibus incubant.* Ἀμοιβαῖον nominarunt cantionem, id eſt, per vices reſponſus. Verum ſeruata deinceps non eſt regula: at pro libitu tractata tota res eſt. Propterea verò quod imitatione aliquid repręſentabant, à ſpecie, id eſt imagine, εἰδύλλια, παρὰ τὰ εἴδη, καὶ τὰς ἰδέας, dixere diminutiuo flexu, vel propter breuitatem, vel ob modeſtiam, ac rei humilitatem. Tu dices repręſentatiũculas. Eaſdem ſelectas, eclectas ἐκλογὰς appellarunt. q *Falluntur, qui aeglogas ſcribunt, & deducunt*

o Cal. ecl. 4.

p P. 10. c. 29. 62.

q Canin. in alph. O.

ducunt ex αἴξ & λόγος αἰγλογή. *quod ne caprarius quidem diceret. nam eſſet* αἰγολογία. *Scribi debet* ἐκλογὴ, *quod è Theocriti îdylliis ſelegerit quædam imitanda.* At vero materia earum vetuſtiſſima amatoria intelligitur: & quia amoris vis à primordiis ipſis vltimis indita eſt omnibus animantibus à natura ob ſpecies perpetuandas *r*. Audies etiam in legibus, à iure illo naturæ omnibus animalib. fieri maris, & fœminę coniunctionem, liberorum procreationem, & educationem, à natura eſſe, vt filios concipiamus, atq; edamus, per quos diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus *s*. *Omne adeo genus in terris, hominumque, ferarumque, & genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres In furias, ignemque ruunt.* AMOR OMNIBVS IDEM. Nam quid tibi dicam incitamenta hîc paſtorum magna, etiam in illa ruſticitate, & ſimplicitate priſci æui *t*. Leges citò nimis in Theocrito illo mellitiſſimo ferè ſemper, ſed & aliquando fœdiſſimo *u*. vitia vitata Virgilio, etiam in paſtoris ore: *Nouimus, & qui te.* quod Quinctilianus ſic obſeruauit. Magna incitamenta, cum promiſcuè paſcebant vtriuſq; ſexus mortales: & nudi, aut male tecti magna ex parte agerent: etiam virgines ipſæ tametſi amicirentur, tamen eſſet eis eiuſmodi veſtium vſus, quas à re ipſa φαινομηρίδας appellabãt. *x* quales & Spartanæ erant, *Nuda genu, nodoque*

r l. 220. de V. S. Inſt. tit. 2.

s Virg. 3. Ge.

t Th. id. 1. 5.

u Quinct. 9. c. 3.

x Brod. 2. miſc. 24.

ſinus collecta fluentes: de hoc habitu Sparta-
x Pli. 34. c. 5. nę in primo Æneidos. falſo & de Romanæ
quidam volebant. x *Græca res eſt nihil ve-
lare.* Spectamus nunc in picturis nym-
pharum, quibus brachia detecta, pectus
y Ath. lib. 1. quoque, & femora apparent. y Notatur au-
tem, quemadmodum apud Homerũ mulie-
res, virginesq; lauent etiam hoſpites: & ſic
eſſent pudici mores ſeculi priſci. Sed iſtud
non impedit, quominus & honeſti illi amo-
res naturæ ſuſcitarentur, & in iſthæc ama-
toria cõcitarentur. Hodie ludos improba-
ueris, in quib. hæc fiant. vt vides in diſputa-
tione noſtra De actorib. fabularum. Hodie
negem mulieribus omnib. venire in ſcenã,
non modo agentib. impudica: quæ olim. vt
eſt ſemper ſcilicet vitioſa, & periculoſa iſthic
virorum mixtio, & fæminarum. Fæminis
negem virilia induere. quod iſthic faciunt
in vulgaribus ludis ſæpe fæminæ volgares.
z Aug. de mu. 6. Viris habitum muliebrem nõ inuidi iſthic.
Vt enim par videatur ratio eſſe in ſexu v-
a l. t. 2. 4. vbi Cuia. de ve. ſol. troque z: & in qua veſte decens eſt mulier,
in eadem vir decens eſſe non poſſit: a etiam
& ornamenta quædã ſint conceſſa fæminis,
quæ viri nõn tangent. non illud eſt ſemper
tamen de ratione pari: at maior abuſio eſt in
b C. Deu. 21. fæminis. & illa harum cum hominibus mi-
xtio negat præcipuè. b Ipſe abuſus veſtimẽ-
torũ per ſe non fuerit magna res. Sine cauſſa,
vel

vel ad turpẽ vſum eſt abuſus abominandus; ſecus ex cauſſa. vt docui. * *Secus ſi in theatro pietatis cauſſa, ut ſolet hodie fieri, ſi perſonam Mariæ Magdalenæ, alteriusve ſimilis egerit, id laudari potius, quam reprehendi, aut vitio dari ſolet.* Et eum ego nec fœminis nego in bona cauſſa. Non ſemper obtinet apud me illud Satyræ, *c* * Rebuffus l. 13. de V. S.

Quẽ præſtare poteſt mulier galeata pudorẽ? Quæ fugit a ſexu. Non eſt ſemper verum, quód ſylua habet Statii, improbum eſſe ſexum iſtum, quum pugnas capit. Et dicet tibi Virgilius de Camilla, *decus Italiæ virgo*, &c. Et dixi ego in illa Diſputatione, & in libris bellicis. Etiam in acie cadere poſſe mulieres, & pro republica cecidiſſe intelligi, & itaque afferre parentibus priuilegia, etiam leges aiunt. Hîc de ludis dicimus. Nullis ſe mancipare oportet. *f* *Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.* Pudet artis, non aliquando ludere. *g* Licet aliquando ludere, & inſanire, modicè tamen, nec turpiter. vt non vituperatur aut parũ transgredi. quod noſtriq; deq; aliis. *h* Illud artis conſideratum etiam in ꝓhibenda vſura. *i* Quod Plinius de medicina, hîc ego, *Non rẽ antiqui damnabant, ſed artẽ.* *k* Sed mercator quis non cenſetur ex aliquibus mercaturæ actibus: nec aleator: nec noſter actor, &c. Pudet, pretio induci ad ludẽ

c Iuu. Sat. 6.

f Horat. 1. ep. 14.

g Cæpol. L. de æd. ed.

h C. ep. 383.

i Pli. 29. c. 1.

k Cæpo. d. l. 1. Ceph. cõſ. 69.

dum.nam tum videbitur & pro labore pretium eſſe: etſi etiam iactetur ſcientia. Sed nec labor obitur alius abſque ſcientia. quod nomen tamen non adeo vulgariter hîc adſumitur *l.* Ecce vbi pro labore debetur pretium, idem non ſoluitur impedito laborare: at vbi pro ſcientia debetur, idem heredibuſque ſoluitur morientis *m.* atque de labore nauigandi, in quo multa proculdubio peritia ineſt, lex loquitur, & de omnibus ſimilibus. Ego ſic docerem, quod aut ſcientia ſeruit operi corporis, vt eſt ſcientia nauigandi in nauigii miniſteriis: & pretium non debeatur. aut opus corporis ſeruit ſcientiæ: vt hoc eſt, quod in docendo impendeo: & pretium debeatur. Ceterum facit ad pudorem adſpectus publici, maxime publici eius, quod ego in diſputatione illa mea notaui, hominum honeſtiſſimorum *n.* *Quoto cuiq; eadem honeſtatis cura ſecretò, quæ palam? Multi famam, conſcientiam pauci verentur.* Et commodus eſt adſpectus is. Siquidē & *o magna differentia eſt inter aciem fori, & ſecreta ſtudiorum exercitia. ibi prœliatur, hîc armantur ingenia. ibi pugna, hîc proluſio. ibi ſemper telis ſplendentibus dimicatur, hic veluti ſudibus, & ſaxis.* Exercitia ludicra hæc noſtra publica ſic medium ſunt inter pugnas illas veras, atque proluſiones. Hæc exercitia, quæ non aures implent, ſed & oculos, tanto probauerim

l Ceph. cōſ. 70.
m l. 15. loca.
n Pli. 3. ep. 19
o Eum. pan.

uerim magis, quanto & *manifeſtius oculis diſcuntur, quæ difficilius percipiuntur auditu.* Quod Eumenius *p*. *Ad animum langui-dius accedunt, quæ aurium via manant, quam quæ oculis hauriuntur.* Et tamen ſcena eſt aurium quoque *q*. *Propter hanc aurium auiditatem theatra replentur*: inquiebat Ennius. *Voſque in theatro, qui voluptatem aurib. huc aucupatũ concurriſtis domo:* apud Varronem *r*. Quicquid & à ſpectatione theatrum dictum velint. An quia ſpectationis verbum generale eſt, aptumq; & quum quis ſpectat agentem, & quum quis ſpectat pronunciantem? Atq; propter has, & propter alias rationes plures ego exercitia iſtiuſmodi ſcholaſticorũ ſoleo adprobare. iſtiuſmodi, inquam: id eſt, honeſta. vt ſic diſtinguendum eſt ſemper. *s* & ſic diſtinguitur ab aliis, & à nobis. Sic diſtinguimus, etſi edicti verba nõ paterentur. *t* & exemplo ita dicimus, & facimus exemplo magnorũ interpretum. *u* *In lege nihil excipitur. Sed licet multa non excipiuntur, intelliguntur.* & *ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa:* inquit Seneca: * & Vlpianus noſter, *Verbis edicti multa deſunt*, &c. & ſic alia in iure id genus multa. Euincit hìc aut illa vna ratio, quod *x* *nihil eſt in opere naturæ, quod non exemplo dierum, noctiumque aliquas vices feriarum velit y*. Atque facile, quæ ex interpretatione derogatio fit,

p Nazar. in paneg.
q Var. 5. de l. L. Non. ignoſcere.
r Plut. de muſ.
s Scal. 1. po. 18.
t l. 32. §. 22. de do. int. vi. & vx. l. 11. de in iusvo. l. 39. de leg. 3. l. 19. ad Tr. l. 19. de te. tu. l. 13. de excuſ.
u Sen. 4. de. 4.
x Pli. 17. c. 13.
* l. 1. quod fa. tut.
y Alc. 1. par. 15.

quam vocamus limitationem, ſic conceditur. Quanto magis retinenda, propriè quæ dicitur interpretatio? Hæc non eſt, quum definitio illa legis, hiſtriones infamans, appingitur noſtris Scholaſticis, quibus non omnia legis picta, & apta ſunt ζ. Etſi enim aptaretur aliquid, ſi non omnia aptantur, nihil eſt. * Ne mihi cum vulgo dicant, *vbi lex non diſtinguit*. eſt enim ratio intellectiua ſic: eſt coniectura bona. &c. de quibus, & aliis talibus vocabulis in iure eſt. *Licet nomen hiſtrionum *admittat & ipſos: ſed quia de ipſis non ſenſiſſet* prætor, *dicendum eſt, ceſſare in perſonam eorum* edictum. Et verum adhuc ſcimus tamen, obtinere legẽ per verba, etſi non adſit ſententia. . Sed & hoc eſt tamen, quum ratio verba adiuuat, neque ſententia negat, at tantum non adeſt. *Licet de his oratio non ſenſerit.* inquit Vlpianus. At de his exponam pleniſſimè in illa diſputatione. Ibi & de licitis ludis, & honeſtis voluptatibus, animiq; relaxationibus probis. Quid ni & iſta concedam tibi per ætatem omnem, quibus & indulſit Hercules? a Παίζω μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ. Non Socrates cum infantibus ludebat? Non Ageſilaus magnus, depræhenſus cum filiolo in arundine equitare, σὺ νῦν, dixit ſpectanti ſe, μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένῃ πάτερ αὐτὸς, τότε ἐξαγορεύσεις πρὸς

ζ l. de iu. im.

* Alex. 4. conſ. 52.

* l. 16. de te. tut. l. 32. §. *ſi ambo*. de do. in. vir. & vx.

a Rhod. 9. lect. 24.

σεις πρὸς τὰς πατέρας. Sic & de colluſoribus. Sed nunc abſoluo de tuis paſtoralibus tibi. Ea ab amoribus lapſa mox & ad alia, vt cernis, omnia. A genere autem paſtionum ſortita ſunt nomina. ac quamquam ποιμὴν omnem comprehendit cuſtodiam, παρὰ τὸ ἐν ποίᾳ μένειν: tamen opilionibus ſolis adtributum maluere. vnde & ποιμενικὰ ii cantus, quibus illi ſeſe, atque alios oblectarent. αἰπόλια verò à capellis, quaſi αἰγοπόλια. at à ſuibus συβώτια. & à bubus βουκολικά. quæ & nobiliſſima habita. Equitii nomen nullum: etſi equis ſummus honos. Quæ itidem Scaliger. Atque tu notes a nomine συβώτια, quod eſſentque, & nunc ſunt ſuum paſtores: itaque etiam gregatim paſci ſues, adeoque eſſe pecora. *b* De qua re diſputatio eſt in legibus: & definitur ex Homeri verſibus. Etiam adde, quod nec eſt nomen auitii: *c* etſi auium fuerint, ac ſint paſtores, veluti anſerum, phaſianorum, gallinarum: qui auiarii, gallinarii dicuntur. Inter venatores nihil huiuſmodi. quia illic aptiſſimum ſilentium ſit. quod item Scaliger. cantiunculis certè non videtur ibi locus eſſe: vt, vt *Sæpe volutabris pulſos ſilueſtribus apros Latratu turbabis agens: monteſque per altos Ingentem clamore premens ad retia ceruum.* &c. Inter piſcatores, aut (vt loquar rectius) inter piſcandum ſanè eiuſmodi nihil. *d* nam, piſces audire,

b l. 65. de le. 3

c l. 66. eo.

d Pl. 10. c. 69. 70.

palàm eſt. etiam ſi non eſſet, tamen fugerēt ad ſonum. & hìc quoque tamen audīmus nos, quod piſcatur latum funda diuerberat amnem. Verum vides, nec in parte ſilendi oportere canere. nec niſi inſanos velle canere in clamoribus. Itaque venatio, & piſcatio cantionem non admittunt. Theocriti οἱ ἁλιεῖς, & ornatiſſimi Sanazarii piſcatoriæ, non ſunt in piſcando, ſed piſcatorum cantiones. In paſcendo ſunt cantiones aptiſſimæ, tum quia greges his delectentur, tum quia otium huic rei illic eſt ſummum. Verum tu iam abi. *Trocho lude, aleas fuge:* vt in Catone illo morali ſcribit, quiſquis libelli auctor. Nondum mordet Horatius te *e*.

e Hor. 3. od. 24. *Neſcit equo rudis hærere ingenuus puer: Venarique timet, ludere doctior, Seu Græco iubeas trocho, ſeu malis vetita legibus alea.* Trocho lude. Hic luſus puerorum: *Torto volitans ſub verbere turbo, quem pueri, &c.* in ſe-

f Tib. 1. el. 5. primo Æneidos. *f* Turben dicitur Tibullo.

H. Il. 14. Th. id. 2. στρόμβος Hom. ῥόμβος Theocrito. τροχὸς Phocylidi, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος. *g* Plato autem

g Pl. 4. de rep. dum vult oſtendere, quemadmodum quid eodem tempore ſimul ſtet, & moueatur, a turbone ſic affert exemplum, qui ſtet recto motu, moueatur circulari: appellat στρόβιλον.

h l. 55. de le. 3 l. 167. de V. S. *h* Et ſtrobili ſunt nuces pineæ: à quibus & nomen στροβίλου, qui eiuſdem figuræ eſt cum

i Pli. 15. c. 15. lib. 21. c. 31. illis nucleis pinus *i*. etiam *turbinatio* ſic eſt: & *turbinatior figura* ſic dicitur piri: & *turbi-*

nati

nati foliculi quidam. Nam de vento quis neſcit? *Turbine corripuit* in primo Æneidos *k*. Turbo eſt & mola ſuperior: quæ & meta nuncupatur. vt de iuriſcōſulto ait Scaliger: ſi non eſt vitium impreſſionis. nam iuriſcōſultus ita *l*, *eſt autem meta inferior pars molæ, cātillus ſuperior*. Turbo certè eſt pars ſuperior, quæ vertitur: meta ſtat inferior. *k* Scal. Ma. 3 *l* l. 18. de in. leg.

Si frigus in vmbra? Defendo. Solœciſmus. Meminiſſe. Binomines. Poſtes, Poſtumi. Leges enodatæ.

CAP XIV.

Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in vmbra. dixit in quincta. Sed nunc & defen[d]it a frigore myrtos, & ſub vmbram inuita[t]ur Melibœus. Cur non potius ſub ſolem? [P]linius etiam æſtate iacebat in ſole *a*. vt iu[n]ior Plinius ſcribit. At dices hîc, frigidas [e]ſſe horas matutinas: quas teneræ non fe[r]ant myrti. mox autem incaleſcere, & vm[b]ram hominibus gratam accidere. Mane [i]gitur nouo, luciferi primo cum ſidere fri[g]ida rura, dum gramina canent a frigore [m]yrtos defenderit Melibœus. *Defende[r]e* eſt depellere, arcere. ſic poſtea, *ſolſtitium* [p]*ecori defendite*. & Ennius, *defende hoſtes b*. [Q]uę ſic notant grammatici, & ſic exponūt: [e]t alia de aliis addūt. *c Defendere* in iure ali- *a* P. 3. epi. 5. *b* Non. de va. ſi. ſe. Vict. 30. lect. 11. *c* l. 20. 21. de his, quib. vt ind. l. 5. 21. S. C. Silan. &c.

cubi eſt vlciſci. & *defenſor*, qui agit. & *de-fenſio*, actio. At hîc ſequitur, *Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum d.* vbi ſolœciſmum vult Scaliger magnus. & antea ad ſecundam, *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin* ſimpliciſſim⁹ ſermo, ſed σολοικο-φανὴς, inquit ille e. Ceterum reſponde hîc tu cum Scaligero filio, λέξις ἐσχηματισμένη; *Corydō certamen*, hoc eſt certator. vt in Culice, *fama vetus Curtius* apud Manilium, *Pallas triumphus*, eſt triumphatrix. *Marcellus tertia palma* propter tertia opima ſpolia. & Virgilius in quincto Æneidos, *tertia palma Diores*, qui tertium tulit prœmium certaminis f. Adde nunc illa Ciceronis, *Vnumque certamen eſſet relictum ſententia Volcatii.* & Lambinum ſperne, qui ait, ſic loqui neminem. g Porrò ſolœciſm⁹ vitium in oratione eſt. de quo grammatici. Inuerſa cōpoſitura eſt. vt inuerſa in illo ſecundæ videtur: vbi dicendū fuiſſet, *Corydonē ardebat Alexis.* vt ita in tertia, *meus ignis Amyntas*: & in quarto Georgico, *Syrius Indos ardebat.* aut etiam debuiſſet, *Corydō ardebat Alexi h.* quomodo Horatius, *arſit Atrides medio in triumpho virgine rapta*: & alibi, *arſiſſe Bathyllo Anacreonta. i* Figuratius, ait Seruius, ſi dicitur, *in illam rem ardeo k.* Ceterum & idem Horatius, *Nō ſola comptos arſit adulteri crines*: quod eſt, in crines, & propter crines. Græciſmi hîc ſūt, & præcipuè Atticiſmi. vt ſic Atticis accuſa-

d Scal. 4. po. 20.
e Scal. Man. l. 4. Titi. 2. con. Scal. 24
f Cic. 1. fa. 4.
g Priſc. 17. Gell. 5. c. 20. Quinct. 1. c. 5.
h Hor. 2. od 4. epo. 14.
i S. Æn. 8.
k H. 4. od. 9.

tiuus

tiuus ponitur pro alio caſu: & deficiunt præpoſitiones. quod tu, puer, me meli⁹ noſti. Ergo *Corydon ardebat Alexin*, id eſt in Alexin, propter Alexin. & propriæ dialecti ſic ſunt aliud nihil, quam tot barbariſmi, & ſolœciſmi. nã ſic differũt a communi regula, & deflectunt a communi orbita. ſed tamẽ dixerit nemo, Atticos βαρβαρίζειν *l. Nemo dixit vmquam ſolœciſmum eum, quo docti viri vterentur. ſic enim omnes ſunt locuti, vt purè, non ruſticè loqui putarentur*: ipſe magnus Scaliger. ipſe ſic, *Ridiculè ſolœciſmi accuſant diuinum poetam eo verſu, Namque ſuam in patria antiqua cinis ater habebat*. Memini, M. Antonium Maioragium in commentariis ad Rhetorica Ariſtotelis notare ſolœciſmum ibi, *Diſce, puer, virtutẽ ex me, fortunã ex aliis. m* vbi Seruius dicit, eſſe Zeugma: itẽ alibi. Sed hîc notare de omnibus nolo. Ait autem Scaliger, *ruſticè*, laxius ſumto vocabulo. alioquin ruſticitas alterum eſt orationis vitium, barbariſmus *n*. vt ita, quam Græci barbariẽ, Latini ruſticitatem nominabant: eodẽ auctore, & Gellio *o*. Sed grãmatici hoc quoq;: *Barbariſmos, ſi docti faciũt, metaplaſmos dicũt: ſolœciſmos, ſchemata. Solœciſmos, & barbariſmos, quos vocãt poetæ adamauerũt: quæ ſchemata, & metaplaſmos mutatis appellare nominibus, quam manifeſta vitia fugere maluerunt*: ita Auguſtinus. qui additque, *Detrahe tamen iſta carmi-*

l Scal. de ca. li. Lat. 130.

m S. Æn. 8. 12.

n Gell. 13. c. 6

o Diom. 2. Iſid. 1. Aug. 2 de or.

nibus,ſuauiſſima condimenta deſiderabimus. Itaque non probes illa aliorum, *Solœciſmus & ſchema eſt, quum metri neceſſitas exigit. alias vitium.* Imo enim hæc affectata ſunt: aut non per neceſſitatem inducta. in alia attentis excidiſſe, & neglecta fuiſſe, etiam dices. Elegantem de pedibus, & ſyllabis, & tota ratione metrica ſic neglecta ſępius, habet diſputationem Giphanius in conlectaneis Lucretii *p*. Sic ſunt, & notantur ſolœciſmi in ſcriptoribus politiſſimis, Græcis, Latinis, omnis generis ab aliis harum rerum peritis arbitris. An ego tibi nunc adnotem? Illum adnoto Tibulli, *Taurus arat Cilicas*, id eſt, Taurum montem Cilices arant. ſimillimum Virgiliano, *Corydon ardebat Alexin* *o*. Aut hoc etiam eſt, quod Gręcè ἐζηλωσε τ̀ Ἄλεξιν, affectabat, deperibat. & a feruore verbum eſt. & ſic ad iſtam phraſim notatur. *q* Sed Auſonius iocatur in grammaticum, cui nomen Auxilii erat, *Auxilium te nempe vocas, inſcite magiſter. Da rectũ caſum, iam ſolœciſmus eris.* Erant hæc tum nomina hominum, *Auxilium, Studium, Gandium*, ſimilia; quæ in que libris Codicis Iuſtinianei audiuntur. Et quæ Latina non ſunt *r*. nam in maſculinis exiens in M. nullum Latinum eſt: in fæmininis illa, *Glycerium, Phanium.* vt habet Auguſtinus. Sed tamen nec iſta fæminina Latina: aut ſi dicis Latina, quia Latini auctores his vſi ſunt, & in pal-

p Alc. 4. de V.S.M. 6. fa. 5. Aug. 2. de or. B. 12. Mar.

o B. Gal. 4.

q Auſ. 130.

r Aug. gram.

in palliatis comœdiis *s*, ecce tibi & maſculina in *M. Dinacium*, *Pagniũ* in comœdiis Plauti. in quadam *Auxiliũ* agit prologũ, ſed numen. Sed nos cum Virgilio maneamus, & Latinis. aut tibi eſſet audiendum, quemadmodum *Eſther Pagnia* mater ab illo Plauti Pægnio non deſcendit. Ruſticis cur ſolœciſmos non tribuant aliquando, cur nõ tribuat paſtoribus ſuis Virgilius, cauſſa nulla eſt. Ruſticorum æquè dialectus eſt, atque aliorum *t*. Id in Theocrito notat Seruius, laudant alii, quod non ſolum multa aliter, quam res habeat, ille diceret, ſed etiam ita diceret, vt ne ipſe quidem ſermo vitio careat. Scilicet ſi ſolœciſmum Terentius militi tribuit congruè, vt vult Donatus: cur non & paſtori congruere dixeris? Seruatur condicio perſonæ, ſi falſum des ſermonem turbato *u*: vt dat Plautus adoleſcenti, qui Saturnum Iunonis patruum clamat *x*. Irati oratio incontinuata eſt *y*. Commoti eſt confuſa: vt illa Æneæ, in ſecundo, *Iuuenes fortiſſima fruſtra*, &c. *z* At hæc nota, eiuſdem obſeruata Donati: *Diſciplina eſt* comicis, vt ſtultas ſententias, & vitioſa verba adſcribãt imperitis, ridiculiſque perſonis, & imperito adoleſcenti, item iraſcenti. *Ruſtici* inconſequens oratio. *Dies natalis* dicitur melius: ſed Virgilius, ſeruiens ruſticæ perſonæ, dixit *meus eſt natalis*, & *dies* nõ addidit. *Seruo* humilitas orationis conuenit, *vitioſa* locutio

s Plaut. Stic. Perſ. Ciſt.

t Steph. proleg. in Theocr.

u P. Ciſtel.

x Macr. 4. ſat. 2.

y Mint. 6. po.

z D. Eun. Ad Hec. Ph.

ſeruili perſonę datur. *Conceditur* ſecum loquentibus multa tranſcendere, & reticere. Quæ nunc ſatis ad ſolœciſmos. Aut etiam ad quod ſequitur, *Alternos muſæ, meminiſſe volebant*, addā verbū de ſolœciſmo? Memini crudā aliquādo duorū grāmaticorū pugnā ad verbū *meminiſſe*, alterius negantis, verbo huic *memini*, adiungi poſſe præteritū infiniti, alterius adfirmantis contrarium *a.* Vtroq; modo locutus ipſe eſt Cicero *b.* etiā Priſcianus, *Non memini, me legiſſe.* & Seruius tamen in quarto Georgico, vbi Virgili⁹ ait, *memini vidiſſe*, impropriè, inquit, pro *videre*. Sed & idem Seruius in ſecundo Æneidos, *Memini videre, & vidiſſe. ſcilicet verba corrupta funguntur omnium temporum officio.* At grammaticæ regulæ valeant, auctores te linguas doceant *c.* Sed nec aliud eſt grammatica, quam hæc hiſtoria, aſſerens, quid auctores quomodo dixerint. quod doctiſſimè profectò ſcripſit Auguſtin⁹. Ne hîc vulgata plura de vi, ac poteſtate v⁹ recitē. Ibidē, *alternos meminiſſe*, eſt ceciniſſe, dixiſſe. ſic, *alternis dicetis: amāt alterna camenæ. d* Item & *memoro* ſic eſt dico: *O, quam te memorem, virgo:* & alibi ſæpe. Sic in iure ciuili ſponſalia definiuntur mentio, & repromiſſio futurarum nuptiarum. *mentio*, id eſt dictio, & promiſſio. *Dictio* eſt promiſſio *e.* ſic *dictio dotis, dictum, dictis obligari.* de quib. noſtri. *f* Nunc, quid hîc eſt, quod

a Ram. ecl. 9.
b Priſc. lib. 5.
c Aug. 2. de muſ.
d Virg. Æn. 1. 3. 5. 9.
e Alc. 1 1. pare. 1 o. Cui. Vlp. 6.
f Maior. 1. Epiſt. 7.

ıod Corydon ſe Myconem appellat: Me-
ılcas in tertia ſe Iolam? Binomines iſti, vt
ii plures ſcilicet. & vt in ſecunda eclo-
ı Nemeſiani Idas eſt, qui & Aſtacus. de
uibus Maioragius in epiſtolicis notat.
At etiam hîc dico quædam de nomine
oſtumi, vbi audimus, *aſſidua poſtes fuligine*
igri g. Priſcian⁹ autem, aut quiſquis auctor g Priſc. Æn.
xaminis in Æneida, *poſtes, quod poſt fores* 3.
tarent, & poſtumus, & poſtliminium, & po-
mœrium, quaſi poſt murium h. & poſtumus, h Plut. Syl.
qui patre mortuo natus eſt: vt Plutarchus Coriol.
ſcribit. ſic vtique & lex Poſtumia Numæ:
i quę vino rogum aſpergi vetat k. & ille apud i Pli. 14. c. 12.
Plautum, *Poſt mediam ætatem qui vxorem* k Plaut. Aul.
ducit domum, ſi eam ſenex anum prægnãtem 3.
fecerit fortuitò, quid dubitas, quin ſit para-
tum nomen puero poſtumus? & Feſtus clari⁹,
nec per ambages, *Poſtumus poſt patris mor-*
tem natus. l & iuriſconſultus, *poſtumos au-* l l. 3. de ir. ru
tem dicimus eos dumtaxat, qui poſt mortem te.
parentis naſcuntur. m & itaque dubitatum. m l. 16. de teſt
ſi poſtumis dederit tutores, hique viuo naſcã- tut.
tur, an datio valeat? & magis eſt, vt vtilis da-
tio fiat, etiam ſi viuo eo naſcantur. Videli-
cet poſtumus propriè, qui naſcitur poſt
mortem, non etiam qui poſt teſtamentum.
aut non eſſet iſthic dubitatum: nec addi-
tum, *& magis eſt vt vtilis datio fiat*; qui-
bus verbis ſolet nõ proprietas denotari ſer-
monis. Trahitur verbũ ad natos poſt teſta-

mentum,nec tamen per interpretationem illam mirabilem *n*, quam maximus iuris interpres Alexander exiſtimat,vt itaq;notat mirabilem modo dictam definitionem, vt in ſtricta interpretatione poſtum⁹ accipiatur etiã qui nõ poſt mortẽ nat⁹ eſt *o*. Ceterũ *poſtumus* quoq;dicitur a *poſt*, cum adiectamento tantũ, quod aduerbiũ educit in nomen:vt ab *intus intimus*, *Vls vltimus*, *Cis citimus*; *extra extimus*, &c. quæ afferunt recentiores *s*.& quod ita apud Virgiliũ in ſexto, *tua poſtuma proles*, non de nata Æneæ poſt mortem,ſed poſt Aſcaniũ,&poſterior. Adeoq; docent iſti, nec ſcribẽdum eſſe *poſt humum*,quaſi natum poſt humationem patris:ſed *poſtumum*, veluti natum poſt id ipſum, ad quod reſpectum eſt *p*. Et de loco Virgilii lata quæſtio, nec definita apud Gellium eſt. At qui poſtumam interpretantur natam poſt mortẽ,hi proprietate verbi fortè magis nituntur *q*. Etſi ſcio verbumque Tertulliani *poſtumare* pro ſubſequi: & *poſtumũ corporis* pro cauda *r*. & illud Apuleii, *ſeram planè*, *& poſtumã doctrinã*. & Iſidori diſtinctionẽ, *omnem poſthumũ eſſe poſtumũ*, *ſed non contra*. Etiã habent illi,quod Æneas non longæuus ſit mortuus, verum ante diem. vt ita dicimus nos Virgilii opinionem de morte Æneæ propter illam Didonis morientis imprecationẽ, ſequuti euentus prædictionẽ, *ſed cadat ante diẽ*,&c.itaq; *longaui*

n Alex. rub. de lib.& po.

o Cuia.3.ob. 4.Iun. Tert. apol.19.

p Gell.2.c.16

q T. Scorp. & de re. car.

r A. Apol. 1.

nomen, quod in controuerſo Virgilii loco eſt, ſit accipiendum de Ænea iam agente cum dis immortalibus æuum. &itaque ſic poſtuma proles illic agenti edita. Hiſtoriæ non conſentiunt. ſed nos opinionem Virgilii de eo facto veſtigamus, vt eiuſdem ſenſum de hoc verbo *poſtuma* illic percipiamus. Etiam hoc ſcio, quod Virgilius numquam alterum hoc verbum *longæui* vſurpauit, niſi.in ſignificatione viui ſenis *s*. At *longæuus* ſic alibi eſt pro immortali. & æuumque æternitatis eſt proprium. *s* Giphan. Lucr.

Cothurnus. Victrices lauri. Fiatur, & alia. Nuces. Solennia quædam nuptiarum. Medea. Certare. Numerus impar. contrariorum vis. aliquid aliud. nomicum.

Cap. XV.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. nobili ſtylo Sophocleo, tragico, regifico *a*. *aut in cothurnis horridus Sophocleis*, Martialis. *tanta grauitate cothurni*, de eodem Plinius: & *Sophocles tragici cothurni princeps*. Sed nolo de Sophocle, aut de ſtylo. De cothurnis volo, quod omiſi dicere ibi, *puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno*: vbi Delia venatrix adornatur *b*. Et id non probat *a* M.3.P.7.c. 25. & lib.37 c.2. *b* S.1.poe.13.

Scaliger, ſi craſſus adeo fuit cothurnus, vt eius acceſſione heroum mira proceritas æquaretur. nam venatorem deceat eſſe quã expeditiſſimum. Sane aliiq; faciunt cothur-
c O.1.eleg.3. nũ altũ. *c Venit & ingenti violenta tragœdia paſſu: Fronte coma torua: palla iacebat humi: Laua manus ſceptrum late regale tenebat: Lydius alta pedum vincla cothurnus erat:* Oui-
d Iuu. ſat. 6. dius. & ibidem, *altoq; cothurno.* d Et Iuuenalis, *breuiorq; videtur Virgine pigmea, nullis adiuta cothurnis.* e Plinius, de monſtroſis,
e Pli.7.c.20. *cothurnis quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi.* Tamen & alii dant venatorib. cothurnos. dedit venatrici Lucilius in Ione, *Et iã purpureo ſuras include cothurno.* Ergo venatorius alius fuerit tegendis cru-
f Pli.19.c.2. tibus in venatione, veluti ocreula, qualem videmus in picturis nympharum: f & qualiter ocreatis cruribus multa ruſtica fiunt. *
* Cotta memor. argentum. Pero ſic ruſticum calciamentum, & altum tegmen pedum, vt in ſeptimo Æneidos habet Seruius. Et Iuuenalis: *Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.* Et Perſius, *peronatus arator.* * Eiuſmodi & *odones* fuiſſe puto: de
*l.25.de aur. & arg. leg. quibus mentio in legibus. Tragica erant
g l. 127. de V. S. omnia enormia, difformia. & itaque de his ſpecialiter expreſſum, *g veſtis appellatione tam virilis, quam muliebris, & ſcenica, etiam ſi tragica, aut citharœdica ſit, con-*

tine-

tinetur. Nam de tragicis minus videbatur, quam de comœdicis: quoniam tragicas niſi in ludis non videmus, at comœdicæ ordinariæ ſunt. quod ad dictam legem trado. Vbi & quod ſi quis tamen legaret veſtem, quam vſus ſui cauſſa paraſſet, g legato iſtę veſtes non continerentur. niſi forte teſtator fuiſſet ludius. Quibus feſtis diebus vti tantum ſoleret, eæ debentur. Dicamne de lauris victricibus? h *Laurus triumphis propriè dicatur*. At quis neſcit, morem fuiſſe triumphantium, laureo ramo, & laurea inuehi corona? etiam illorum lictores habuiſſe faſces laureatos? i Etiam, quum victoriæ nunciabantur, laureatæ erant litteræ. k *Laurus in epiſtola fiebatur:* ait quidam vetus grammaticus. apud quem leguntalii *figebatur:* alii paullo longius a ſcriptura, *ferebatur*. Plinius, *additur litteris, & militum lanceis, piliſque*. At quid ſi interpres ille voluit, lauri imaginē in litteris notatam dicere, non adiuncta lauri folia? Tum verbum *fiebatur*, aptius pro *pingebatur*. Quod etſi eſt barbarum, non diſconuenit tamen interpreti illi. l Et tamen veteres grammatici habent, *fiens, fientes, fiendi, fiendo, fiendum:* inaudita nunc. An ideoque barbara? *Fitur. fiebatur, fitum eſt*, Cato, & alii vetuſtiores: & alia eiuſcemodi. *Satisfacitur*, Varro. *Faceſ-*

g l. 28. vlt. de aur. & arg. leg.

h Pli. 15. c. 30

i Pli. eo. Liu. 5. 45. &c.

k Vet. com. Iuu. 4.

l Diom. 1. Priſc. 8. No. de mu. co.

ſitur, Cicero. *Queatur*, Lucretius. *Poſſuntur, Quitur, Quitus ſum. m* Virgilius etiam *poteſtur*: vbi hodie legunt tamen *poteſt*, vel grammaticorum conuiciis ſpretis, qui & numeros cauſſantur, vt legamus *liquidove poteſtur electro*. Sed hæc obiter. per quæ tamen defendi aliquando Latinitatẽ Bartoliſtarũ in hoc ipſo verbo *fiatur*. Ille idem interpres ſcribit, quod ſi aliquid aduerſi nunciabatur, tum in epiſtola *fiebatur* pinna *n*. Quod nugatorium cenſet non nemo hodie, & ante hunc Pierius doctiſſimus ſic tradidit tabellariorum inſignia pennas eſſe: & ſic apud Iuuenalem, *Anxia præcipiti veniſſet epiſtola penna*. At verò etiam myrtea vſi corona victores, & ouantes, item olea: quemadmodum lauro triũphantes. & quam myrteam, bello fugitiuorum confecto, ſpreuit Craſſus, & alteram à ſenatu tenuit lauream *o*. De quibus hiſtoriæ. *Hederam* Virgilii virtus hîc affert, non laurum. nam heroica poeſis laurum habet: paſtoritiæ *hedera* ſatis: *paſtores hedera creſcentem ornate poetam*. Et iam ad nuces: *Sparge, marite, nuces*. inquit Plinius: *p Honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ cauſſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito. quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſoniuium faciant. q* At Scaliger: nucib. ludere pueros:

m Virg. Æn. 8. vbi Fabri. Diom. 1. 2. Priſ. c. 8. 10. Minut. po.

n Caſ. Suet. 2. P. hier. 21. *celeritas*.

o Gell. 5. Pli. 15. c. 4. 29.

p P. 15. c. 22.

q S. 3. po. 101.

pueros: itaq; Perſium, *nucibus facimus quæcunque relictis*, ſic oſtendere egreſſionem ex ætate priore. Ergo & *internuculus*, puer, qui nondum reliquit nuces, quod legi in Aduerſariis Turnebi. Adi ad Philonem de mundi opificio, & Ouidii elegiam De nuce. vbi luſumq; habes, quem in Italia nucibus ludunt pueri. Etiam hæc ludicra tuæ ætatis retinet Italia de priſcis illis temporibus r. Luſu in occultando nummo àliquo, & optione poſita colluſori, quid ſubeſſe putet, illa nè, an altera nummi imago, etiam hodie tenet. Hic ergo nuces ſpargi à marito id ſit; omitti iſtas pueriles laxationes animi; atque noua œconomiæ ſtudia auſpicari: vt inquit Scaliger. qui & aliorum rationes huius ſparſionis recitat: & reliqua ſolennia nuptiarum. Seruius, nuces ſpargi, quæ Ioui ſacræ, in bonum omen. illud vulgare tamen, ne audiretur vox ſponſæ: Scaliger notat, tres fuiſſe dies nuptiarum ſolennes: προαύλια, cum deſponſabatur virgo, itaq; Latinè *Deſponſalia*: ἀπαύλια, cum nuptiæ fiebāt; Latinè *Decubatio*: ἐπαύλια, cum ſpōſi adfines de ſuo faciebāt conuiuiū, Latini *Repotia* dixere. Nuptiæ fiebant in ſoceri ædibus. quò & tranſibat ſponſus ad paratum thalamum, ſi ſponſa eſſet virgo. nam vidua ad ſponſum ducebatur. Ego ad maritū dixerim: qui primo die talis eſt viduæq;, virginiſque per deſponſationem præſentis matrimonii. nam

r Briſſ. 8. for. Orig. ge. Ro

ſpõſus & ſponſalia aliud ſunt. Et ridiculè ad matrimonium exigũt ductioné: cum ſponſus fruatur thalamoque in domo patris virginis. Sed de hoc dicam in diſputationibus noſtris De nuptiis. Pergit autem Scaliger ad reliqua: de quibus & Virgilius hîc, *Mopſe, nouas incîde faces.* Illæ erant quinque ex ſpina arbore: de qua paſtores raptis Sabinis confecerint. Aliæ gentes ex picea, pineave tæda cædebant: *Nec coniugis vmquam prætendi tædas*, in quarto Æneas. *Flagrantem ferũida pinum ſuſtinet, & natæ, Turnique canit hymenæos;* in ſeptimo Amata: vbi & illud, *Funeſtæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.* Iam inde adornabatur virgo, & caput operiebatur, ac facies obnubebatur. vnde nuptiarumq; nomen ab obnubendo. Velũ κάλυπτρα, *flammeum*, Latini à colore. Et ita ad lectũ deducta detegebatur a ſponſo. à quo etiam, eius detectionis cauſſa capiebat munera, quæ & iccirco ἀνακαλυπτήρια: Et, quia tunc ab eo quaſi primum videretur, ὀπτήρια: Et, quod eam alloqueretur, προσφθεγκτήρια etiã dicta ſunt. At ea omnia Scaligeri non recito. Noſtræ diſputationes De nuptiis aliquid quoq; habebunt de iſtis donis. Pergamus ad alia eclogæ. *Sæuus amor docuit, natorum ſanguine matrem cõmaculare manus.* Quod de Medea capiunt. *s* Et de Medea tamen figmentum, aiunt hiſtoriæ, Euripidis eſſe qui in id ipſum conductus à Corinthiis, interfectori-

s Ælia. var. hiſt.

ctoribus filiorum Medeę, vt facinus ſcripto tegeret, & in ipſam matrem reiiceret. Vicerit autem vnius hominis auctoritas fidẽ omnium hiſtoriarum, & veritatẽ: & abominandum cõmentum ſubſtituerit. Abi iam, nec reuerere ſcriptores, maxime autẽ poetas, illos vbique clamatores, quisquis famã curas. Qualis eſt Medea per Euripidem? Qualis Dido per Virgilium? elegans epigramma pro hac eſt Auſonii. Qualis iuſtiſſimus Minos fuit per alios? Adieris ad Platonis Minoẽm. & audies virum illum infamem immerito, ſed tamen infamem, qui odioſus poetis fuerit. Sed & hi tamen abeant quoq; poetæ, qui per quæſtumq; turpẽ nocentiſſima mendacia fingunt. Hęc non ſunt illa, quæ docet magiſter poetices, t *Medici pueris fingunt multa ad eorum vtilitatem. & ſapiens dicit mendacium interdum. & poeta etiam dicet quædam minus honeſta, vt honeſtis capiantur.* Et alibi, *Mentitur poeta ad admirationem, decipit ſub veriſimilitudine.* &c. t Min. poe. 1. 2.

u Et Theolog⁹, *Mendacia rationabilia ſunt poetæ. Et ſic tragœdi, & comœdi ad vſũ ſunt vitæ, & artem muſicã liberalem profitentur.* At de his exponã late in diſputatione alia. Sequitur, *certent & cycnis vlulæ.* Agnoſce Gręciſmũ. Datiuus caſus tribuitur verbo certãdi. Vt obſeruat Clenard. tuus tibi. Et hoc eſt de idyllio Theo. primo. Σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο, & de quincto, Ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν, οὐδ' ἔποπες u Aug. 2. de ord.

κυκνοῖσι. Sic ille vel cum Latino, vel (vt audis) cum accuſatiuo. *βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω. contra cicadas.* x Verum & Latini ſic locuti, Lucretius, Horatius, Catullus, Propertius. *Certare mihi. Pugnare duobus. Pugnare puellæ.* Et idem Virgilius in quarto Æneidos, *placito ne etiam pugnabis amori?* Sed & in quinctæ ecloga *tibi certet Amyntas*, in ſecundo Georgico, *cui non certauerit vlla.* item, *nec cellis ideo contende Falernis.* y vt & Plinius, *Albano vino æmulantur.* & ibidem tuus, *laudibus Italiæ certent non Bactra.* & primo Æneidos, *viris concurrere.* Et in vltimo, *manũ cõmittere Teucris.* item, *ſtat, conferre manum Æneæ.* Horatius tamen, quum ait alicubi, *certans melioribus*, non intelligit contra meliores, ſed ſimul cum melioribus in idem contendere. At ad præſentem collationem adde illa Auſonii ad Paulinum; *Si vitulum tauro vel equum committis onagro: Si confers fulicas cycnis, & aëdona parræ: Caſtaneis corylos æques, viburna cupreſſis.* Quæ ad Damonis muſam. In cantu Alpheſibœi, *Nihil hic, niſi carmina deſunt.* z Id eſt, ſi non deſunt carmina, nihil deeſt. peſſimè enim emendarint, qui ſubſtituerint *deeſt.* quod Scaliger monuit. *Numero Deus impare gaudet.* Et tamẽ in quincta, *en quatuor aras: Ecce duas tibi, Daphni, duoq; altaria Phœbo.* vbi de diis infernis (ſit & Phœbus infernus, *ſolemque ſuum*, in ſexto)

x Lucr. 3. vbi La. Cat. 63. Pro. 1. el. 10. Hor. 2. ſat. 5.

y P. 14. c. 2.

z Scal. de cauſ. li. Lat. 180.

xto) reſpondet Seruius, pare illos gaudere numero. Ceterum Daphnis videt ſidera ſub pedibus. Aut ergo aliud arcanum ſubeſt illius theologiæ: aut ſic fecit illic numerũ parẽ, vt poſſet pariter diuidere Daphnidi, quẽ & parem Phœbo velit *a*. nam impar ille definitur numerus, qui non poteſt in duas partes æquales diuidi: vt par, qui ſic diuidi poteſt, quemadmodum habet in ſermonibus muſicis Auguſtinus. Vbi & de hoc ternario eleganter, quod primus ſit numerus: quia vnum ſit principium numeri, non numerus. & nec duo ſint numerus: quia principio, medio, & fine debet conſtare, quicquid perfectum eſſe debet; duo autem non habeant medium. Duo etiam numeri principium facit Auguſtinus, non ex aduerſo conſtitutum alteri principio, vni: quomodo eſſe duo principia nequeunt: ſed exiſtẽs ex altero origo, & principium complicationis. Vnum eſt principium ex nullo exiſtens. Iã verò hæc iuncta principia, vnum & duo, faciant ternarium, primum numerum.

a Aug. de mu. 1.

Limus vt hic dureſcit, &c. Contrariorum eadem vis dici ſolet. non tamen id intelligitur de vi, quæ ineſt ipſis contrariis. quorum imò contraria vis eſt, non eadem: vt ſic frigus contrahit, calor laxat: *Rura gelu tum claudit hyems*. at verò *Zephyrique tepentibus auris Laxat arua ſinus*. Et illic ad Georgica dicam de his tibi, aut ad Iuſtiniani Inſti-

tutiones *b*. Ariſtoteles tractat rẽ ſæpe *c*. exſtat& pulcra quædam Mureti lectio in eodẽ argumento. Nunc vnũ illud, *Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* P. Syrus, *Amans, quod ſuſpicatur vigilans, ſomniat d*.& vetus eſt verbum, *Sabini, quod volunt, ſomniant*.& ſomnia quidem hinc ſunt.

b A.5.de gen an.3.&2. de pa.ãn.2.
c M.8.lc.7.
d Lip.5.ep.1.

De magicis.

CAP. XVI.

ADdã hîc aliquid de magicis.de quib. tamen dixi plurima in commentario ad titulũ Codicis *De maleficis, & mathematicis*. Videlicet nec effundimus ſimul omnia. vt domi, ſi non plurima, certè aliquid præterea nòn ſuperſit. & ſeneſcimus addiſcentes; ſi non cum Solone itẽ plurima, ſane aliquid omnino ſemper. & hæc igitur cape de magicis, quomodocũq; ipſa ex me ſint in præſentia. Atque ante omnia, quemadmodum nõ ſunt incantamenta hîc, ſed incantamentorũ *imitatio a*.& ſic Pli. notat.& nos in eo Cõmẽtario ſcripſimus de hac poetica ratione. *b*. Tũ habe, quod regis Perſarũ filius primogenit⁹, ad quẽ regni ius pertinebat, ſelectis quattuor tradebatur inſtituẽd⁹: quorũ primus doceret eũ magiá: in qua cult⁹ verſabatur deorũ. Ergo poſt cõtulerint ſe magi ad abominãda: & artẽ ceteris pretioſiorẽ iá infamem effecerint. Diabolorũ miniſtri extite-

a P.18.c.2.
b Pla. Alc. 1. Rho. 9. ant. 23.

titerunt. deceptoriam omnem exercuerũt. Malefici ſpecialiter nominantur, κακοποιοὶ, κακοῦργοι. quibus infandis nominib. ſic innocentiſſimus IESVS appellatus. itẽ eius apoſtoli ſancti *d*. Cicero lenius pro moribus aſperis vocabulũ extulit. *Mathematici* item vocantur, qui itidẽ abuterẽtur mathematicis, ſcientiis illis nobiliſſimis, pręſertim aſtrologia *e*. *Aſtrologia magnũ religioſis argumẽtũ, curioſis tormẽtũ:* inquit Aug. Ea im̃pba, quę curioſitate futuri torquetur: quod ex aſtris cognoſcere velit. Nã prudentia virtus eſt quę in futurũ ſe immittit. *f* Prudentia eſt diuinatio. illa tamẽ proba eſt. Et pba itẽ eſt aſtrologia, quę obitus ſignorũ ſpeculatur, & ortus. Et ab hac proba vult alteraq; nomẽ *g*. vt nullis (quod ait Plinius) vitiis deſunt nomina pretioſa. Et per hanc improbã etiam illa periclitatur proba *h*. Sicut apud antiquiores ſophiſtarũ nomẽ honeſtũ, qui doctores ſophiæ: & mox, propter maloſque profeſſorũ mores, propterq; abusũ pfeſſiónis, amiſſa nominis dignitas eſt, & verſa in cõtumeliã. Manichæi hæretici illis im̃pbis dediti mathematicis *i*. quare & Auguſtin⁹, *Manichæorũ, vel mathematicorũ deliramenta*. Et ſic Epiphanius de horrendis incantamentis, & magia Manichęorũ, & pręſtigiis. Pręſtigiatores etiã nominãtur. & qui viliſſimi ſunt, ac veluti decirco, hi circulatores, & vernaculi *k*. quod dúob. eruditiſſimis etiam

c Luc. 23. Io. 18. & 2. Tim. 2. & 1. *Pet.* 2. 3. 4.
d Cic. 3. Ver. 2. vbi Man.
e A. 2. de. ord
f Cor. Nep. in vi. Att.
g P. vlt. c. 3.
h Alc. l. 177. de V. S.
i A. ep. 119.
k Iu. Tert. de idol. 9. & Cę Suet. Vir.

nunc videtur. quos & ego ſequor libenti*, nequid moueã ſcripturæ in Vitellio Suetonii; vbi legitur nomen vernaculorũ. Vernaculi, ſcurriles, diuinaculi. qui agunt circulatoriã, & ſpecie diuinationis ſcurriliter, verniliterque illudunt vulgo. Quæ illi viri docti. & itaq; nec quicquã mutari de illa Suetonii ſcriptura volunt *l*. Et verò etiam Liuio vernaculi artifices eiuſmodi ſunt hiſtriones. & res vernaculæ Cic. quæ gratę populo. & vernacula multitudo, vrbana plebs, Tacito: & vernile dictũ, plebeium, balnearii hominis, & ſerui *m*. Vt itaq; ſeruilẽ vernilitatem dixit Quinctil. tamquã ſeruorum ꝓpriã. Vernaliter eſt adulatoriè (inquit Nonius) a vernis, quibus hæc viuendi ars eſt *n*. Et Plinius ſic, *Lagonẽ puerũ ſubdola, ac fucatæ vernilitatis o*. Et vernaculos dixit Apuleius ꝓ ſeruis *p*. *Nam vt ſeruum & ſeruulum, ita vernam & vernaculum dicimus*. Et itaque alii vernaculos a ſeruis, homines improbiſſimi generis, malis moribus, & lingua proterua interpretantur *q*. Conſiliũ vernaculũ ꝓ ſeruili Plautus: idẽ & verna verba *r*. vernaculam feſtiuitatẽ Cicero ꝓ domeſtica. quæ & alii noſtri adnotarunt *s*. Vernaculũ ꝓ Italico, domeſtico: & vernacula examina. apud ſcriptores rei ruſticæ. Ceterũ vernaculi illi artifices abominandi. queẽadmodũ apud eundẽ Noniũ vernę, qui nati vere ſacro. & quod itaq; nomẽ habitũ pro vitabili, & ma-

l Liu. 7. Cic. 3. deor. Tac. an. 1. hiſt. 3.
m Q. 1. c. 18.
n P. 34. c. 8.
o A. aſi. 1.
p Rhod. 7. lect. vlt.
q Plau. Amph. Pœn.
r Merc. 1. op 9.
s Beroal. ad Colum.

& maledicto *r*. Ver ſcilicet ſacrum, in quo vouebantur, qui naſcerentur. *Galli abundanti multitudine, dum eos terra non caperet, quæ genuerant, trecenta hominum millia ad ſedes nouas quærendas, veluti ver ſacrum* (ſic Pithœus, non *peregrinatum*) *miſerunt*: Iuſtinus. & Pithœus item interpretatur tamquam deuotos *u*. Adieris ad Liuium. Qui autẽ pro *vernaculis* apud Tranquillum malint *veraculos*, illi adiuuari ab eo poſſunt *x*, quod *verax* Tibullo eſt ſaga. itidẽ Apuleio *veratrices*. quia credebantur vera facere omnia. qđ adoleſcens, an puer? eruditiſſimus certè Douzæ puer ad Tibullum *y*. At Gelli⁹, *Quæſitũ, verbũ* VERANT, *quod ſignificat vera dicũt, quisnã veterũ poetarũ dixerit. Nemo meminit dictũ a Q. Ennio in* XIII *annali: ſatin vates verãt ætate inagũda* *z*. Et vates, & fates, & fatidici iidẽ a fandõ. & faticinæ ſortes. fata canentes: *fata canens*, Virgilius, item &, *ſic dicere vates*: & Ouidius, *faticinaſque ferunt ſortes*. & auctor ad Herennium in ſecundo, *aperte fatur dictio*, de oraculo quodam. & *dictio* ſic quoque apud Liuium in octauo, *data dictio erat, caueret Acheruſiã aquam*, &c. *a*. Fanatici a fanis dicti. & fana item a fando: quod ea pontifex, certa verba fando, dedicat: auctore Feſto. inde profani, ſacris non initiati. Adi ad Budæi annotationes in Pandectas, & ad Briſſonii primum librum De formulis. & de fanatica multitudi-

r Pithœ. 1. ſubſ. 6.

u Liu. 34.

x Duz. Tib.

y G. 18. c. 2.

z V. Æn. 8. 10 O. Meta. vlt.

a Bud. l. 1. de æd. ed. Briſſ. 2. ant. 13.

ne in ſecundo hiſtoriarum Taciti, quæ Maricum quendā ſequebatur, auſum ſimulare numen, & Dei nomen ſibi vindicare: obiectū feris. Lampridius autē in Heliogabalo, *Caput iactauit inter præciſos fanaticos.* Præciſi ſunt execti. vt ſic fanatici illi corybātes, de quibus & Budæus notat. Phanaticos dicunt quidam, & phana, à luce, quæ in templis. Sed hæc de his pauculis nominibus. in commentario & de rebus ipſis tractaui: & alibi adhuc tractabo. Audis hîc de luna, quę cælo per magica iſta deducatur, deduci videatur. Et ſermo is deq; ſole, aliiſque vetuſtiſſimus fuit: quem impiū vocat Hippocrates, ſiue quis auctor libri De morbo ſacro:

b Foëſ. œcō. καθαιρεῖν. Εἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρεῖν, καὶ ἥλιον ἀφανίζειν, &c. *b* Et apud eum peritiſſimus interpres, lunam cælo deducere id eſſe, eius lumen abolere; quod magicis incantationibus ſe facturas pollicentur ſagæ. Addit ex Plutarcho: addit

c O. ep. Hyp. C. in Ruff. 1. & de be. Gil. ex Luciano. *c* Et tu adde ex Ouidio, *Curſu deducere lunam:* & illam interpretationem ex Claudiano, *Noui, quo Theſſala cantu eripiat lunare iubar:* & alibi, *Theſſalidas patriis lunare venenis inceſtare iubar.* Infamis nomine veneficiorum Theſſalia. Adieris & ad Lucanum, & ad aſinum Apuleii. Hęc igitur

d Macr. 1. Som. 18. e Pli. 18. c. 25. 26. ereptio luminis eſt deductio. *d* Quomodo & Virgilius ipſe in primo Georgico, *aduerſo cedens canis occidit aſtro:* qui ſole vicino incipit non videri. *e Aduentu ſolis occultantur*

tur ſtellæ, & conſpici deſinunt: eiuſdem abſceſſu proferunt ſe. emerſum hoc melius, quam exortum conſuetudo dixiſſet: & illud occultationem potius, quam occaſum: Plinius. qui ita ipſe aliquando dicit *emerſum*. Sed loquendũ cum vulgo; ſapiendũ cum ſapientibus. Dixit autem Claudianus de venenis. vt iſthæc ſcilicet venena ſunt: per quæ natura rerum immutatur. Et hîc igitur, *Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena*, &c. *f* Et venena vocat etiã Hippocrates malefica medicaměta. Amatoria hæc, philtra dicuntur. *g* quæ ad conciliandũ amorem valuiſſe, mirificè antiquitas credidit. at clariſs. Mercurialis hodie contra eam opinioně docet. Lex tamen punit facta iſthęc, etſi vana, merito grauiſſimè. quod ille commentarius tedocebit. Eſt hoc venenum malum: vt aliud omne, per quod nocetur homini, eſt & bonum, per quod auxilium fertur homini. *h nã & medicamenta venena ſunt. quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat. & id, quod nos venenũ appellamus, Græci φάρμακον dicunt.* Vt ait Caius iuriſconſultus: & nos ad eum exponimus. *i* Venenũ dicitur & de tinctione. quod & ante audiſti. At de medicamento longè antehac mihi deſitum dici videtur. & frequentius dictũ de malo eſt. *k Vt medicamentũ, nõ venenũ Diogenes afferret:* Cicero. *Ille medicamentũ quærit, vos offertis venenũ:* Ambroſ.

f Hipp. 6. epid.
g Mer. 2. ep. Crato.
h l. 236. de V. S.
i Mer. 2. de ven. 4.
k C. pro Cl. A. Thob. 3.

l L.5.de pe.le. *l* Medicamentum dicit alia lex antidotum. Cum autem dici nunc non ſoleat venenum, niſi de malo: conuellitur Alexandri
m Alex. 2. conſ.203. reſponſum ſanè: *m* qui vult teſtimonia, aliaque eſſe imperfecta, & ambigua, ſi aiunt de veneno, & de malo non addunt. Cur ita? Num præſentibus verbis non loquimur, adeoque præſenti verborum ſignificatione non vtimur, ſed antiquis? Quis hodie principem nominarit impunè tyrannum, quia tyrannus olim & iuſtus princeps nominaretur, & pius Æneas, & optimus Latinus à Virgilio? Et hæc plura ſunt. In pharmaco rectius ſuſtineretur reſponſum, & vix tamen ſuſtineretur. Nam vulgi verbum non factum hoc: & igitur de ſua lin-
n Moſch. epith. Bion. gua fuerit capiendum: in qua ſic de malo, *n* Φάρμακον ἦλθε Βίων ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες. & apud Phocylidem, Φάρμακα μὴ τεύχε. μαγι-
o Pin. Pyt. 3. κῶν βίβλων ἀπέχεσθαι. *o* Et apud alios ſæpe: de quibus, & de hac quæſtione dicam ad Ca-
p Ser. Geo. 1. ium. *p* De viru Seruius idem notat, eſſe vocabulum medium: & propterea à Virgilio additum de malo, *Ille malum virus ſer-*
q Stat. 2. ſyl. *pentibus addidit atris*, quia ſit & bonum. *q* Sic ſanè, *atque omne benignè virus odoriferis Arabum quod creſcit in aruis*: Statius. Sed & hæc infrequentiſſima eſt acceptio. Etiam
r Fla. Arg. 6. verò illa bona venena Medeæ mala, *r Vulnus referens, quod carmine nullo Suſtineat, nulliſque leuet Medea venenis*: Valerius Flaccus de me-

medicamentis quidem,ſed magicis, adeoq; malis. de quibus & hìc, *nec ſit mihi cura mederi.* & in quarto Æneidos, *Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes*, &c. Mira, atque incredunda feruntur de his magicis, etiam, quod hìc, *atque ſatas aliò vidi traducere meſſes s*, & quod Tibullus, *Cantus vicinis fruges traducit ab agris t.* & ita de cantu lex vetus, QVEI. ALIENAS. FRVCIS, EXCANTASIT. QVI. MALVM. CASMEN. OCENTASIT. Et de his ita iudicia. Additur hìc, *& ſæpe animas excire ſepulcris.* Ad quod quæritur, ſi ipſæ animæ ſint, quæ apparent, an ſpectra efficta diaboli? vt ad pythoniſſam Saulis notaui alibi: quæ viſa excire ipſum Samuelem. Sed etſi illa imago locuta ſanctè eſt, nòn inde ſequitur, ſpectrum nō fuiſſe illud dæmoniacum *u*. nam trànsformat ipſe diabolus ſe inque lucis angelum, prophetatque vera, vt ita ad coniunctionem ſuam adducat per vera, & tandem abſtrahat à vero, vt inquit Clemens Alexandrinus. Ibi ſatis abſtrahit à vero, vbi firmat per illud exemplum, quæri veritatem à mortuis bene. Quod eſt contra Legem veritatis. Tum cauendum eſt nobis maximè à Satana, quum transformat ſe in bonum. *x* Et tenendum eſt firmiter, neq; bonum vmquam lædere, neq; prodeſſe malū, nec enim caloris (inquit Plato) eſſe frige-

s T.1.eleg.8.
t Pli.18. c. 6. lib.28.c. 2.
u Cl.A.Str.6
x Porphy.de cau.

facere, ſed oppoſiti: & itaque nec mali eſt ſe benefacere. Etiam nec ad Diabolum pertinet perſona lucis. Quid nos tribuimus indigniſſimo? *y* Ecce, dominus IESVS ſic noluit, dæmones de ſe loqui. Sic noluerunt apoſtoli. Et ne etiam colluſio inter eos, & dæmonas crederetur. Quæ & noſtris notata interpretibus legum, non ſolum docta theologis. Et colluſiones quid tibi numerem innumerabiles? Eô & ventum eſt, vt fingant dæmones, ſe & timere verbera, & à corporalibus aliis ſe incorporales poſſe pati. *z* Male Scaliger contra Homerum, facientem vmbras iſthæc timere: *Riſum vero cui non moueat? cum ait, enſem illas, & vulnera metuiſſe.* Mihi verò riſum non mouet. *a* Etiam quia philoſophorum, Platonicorum, ea fuerit opinio, quam imitari poeta non ineptè potuerit, vt dæmones timeant minas, & enſem: & iiſdem corpora quoque ſint, etſi tenuiſſima, & tactum effugientia. imò etiam non effugientia tactum, quæ cædi poſſent. Vt tibi præceptor tuus, *b* quem appellas omnium doctiſſimum, dixiſſe potuit, Cælius Rhodiginus. Hodie theologusque magnus ſic defendit contra Aquinatem. Atque ſic ſcribendum de his fuit, vt receptęque erant opiniones. quod alibi, itidem pro Homero, dicam. Addit Sca-

y Dec. 5. pra. 46.

z Scal. po. 2.

a Pſell. de dæm. Rhod. 2. lect. 8. & lib. 10. c. 9. ro. 11. Z. de O. D.

b Scal. 3. po. ſi.

Scaliger ad Virgilii laudem, *Quanto ſapientius noſter*, Frvstra ferro diverberet vmbras. Attamen noſter per Sybillæ os ibidem, *vaginaque eripe ferrum*. Quod vtique hoc eſt, ab enſe ſibi timere vmbras, vtcunque inuulnerabiles: itaque (hoc ſapienter) nec verberandas. Plures timemus aliquid ex aſpectu, quod ſi tangat nos propius, vaniſſimum appareat. Ibidem Scaliger ridet Homerum etiam quod faciat Vulcanum fabricantem tripodas ſponte ſua mobiles. Verum occultum illic Homeri explicat Galenus phyſicum, (memineras Scaliger?) nec ridendum. Heus, nec memineras *c* automaton, quæ ſponte ſua moueri mæchanica opera vbique videmus variiſſima? vt prodigia taceam, quæ tamen diuina dicũtur, & Vulcano Deo tribui ab Homero potuerunt. Etiam rides, quod Iouem facit ille fulgurare, vbi ningit? Nunquam id tibi viſum, ais. Sed Plinius ſanè teſtatur, quod eſt veriſſimum, etiam hyeme fulgurare in partibus Italiæ. Sed quid ſi ipſe ea vidit Homerus? aut non vidit cæcus? *d* Ariſtoteles quidẽ negat, fulmẽ fieri niuoſis temporib. at fulguratio eſt cõminatio tantũ fulminis: tonatio ignem oſtendens abſq; ictu. vt ad eã minus, quã ad fulmen, requiratur. Pro Homero contra Scaligerũ plura diſceptabo ad Æneida. Ibi & Homeri locum ex octauo

c Alc. 1. par. 30. *Pli.* 2. c. 50. lib. 36. c. 18.

d A. 3. Met. vbi Vicom.

Odyſſeę ipſe notabo: qui ſimilis ſupradicto de Vulcani tripodibus: vt in quo naues Phęacum ipſe cognoſcunt viroſque, vrbesque, & quo eant gentium, &c.

Aduena. Colonus. Vates. Vulgus. Cycni arguti. Littus. Mare. alia. & plura legum.

CAP. XVII.

ADuena eſt, quem Græci ἄποικον appellant. *a* vt inquit Iuriſconſultus Pomponius in Florentinis. *b* De quibus tamen Alciatus ait legendum (ſi benè apud hunc legitur) ἄνοικον. *c* Et ſæpe Alciatus alienam ſecutus fidem ad eos libros. Budæus ex antiquo alio exemplari ἔποικον. Vt tu intelligas facilè, dici Grecè his modis omnibus, quem Latinè *aduenam* audimus: veluti aliunde venientem. Et hoc tantum. nam qui non eſt ſine domo, ſed fixit iamque ſedes, is eſt incola. Etiam aliter Græci. vt per eundem Alciatum ad Pomponium. Scythas dictos ἀοίκους narrat: qui domibus eſſent nullis, & nullis certis ſedibus vectarentur curribus. quod & de paſtoribus Lybiæ audies in tertio Georgico, *ſine vllis hoſpitiis*, &c. Incolam Græci πάροικον appellant. quod idem Pomponiꝰ. *d* Ab incolendo, inquit Iſidorus: *Aduenæ, vel incolæ aduentitii permanentes, ab incolendo.* Quæ verba dexterè aptes. nam adue-

a l. 239. de V. S.
b Al. præt. 2.
c Aug. 4. em. 16.
d Iſid. lib. 9.

aduena differt ab incola. Et itaque, *aduenæ qui iam & incolæ.* Incola dicitur etiam inquilinus, veluti inquolinus, incolinus. vt de iſta litteratum migratione antea indicaui. Græcè iterum μέτοικος: vt apud Suidam. Is item ciuis eſt, ſi traxerit habitationem per tempus. *d* Alioqui diſtinguitur à ciue: illo *d* l. 29. ad
modo ciuis eſt, quod aduena non eſt. & vilis munic. l. 13. ff. de excuſ.
tamen ciuis, inhonoratus, palea ciuitatis, & *e* Cic. pro Fl.
e (quod apud Ciceronem) fex. *f* τοὺς γὰρ με- *f* A. 2. Ac. 5.
τοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω: apud Ariſtophanē.
g & apud Homerum legis ἀτίμητον μετανάστην. *g* H. Ilia. 15.
Viator & ab incola differt, & ab aduena. nā
viator tantum viat. *h* Et itaque nec forum *h* l. 19. de iud
ſortitur contrahendo: quod facit aduena.
i Colonus autem, qui colit, habitat, aliunde *i* Aug. 1. de
habitatum aduenit. *Tyrii tenuere coloni.* Et ciu.
ita *coloniæ* nomen paſſim. Sed ſi colonus etiam is dicitur, qui colit: cur non & *colonia* illa quoque huius coloni dicetur? Hic ita,
veteres migrate coloni. *k* Et Scæuola, *de co-* *k* l. 20. de in.
lonia diſcedere. Et Paulus, *in aliam ſe coloniā* l. 24. 54. loc.
contulit. idem dixit & *colonam.* *l* Ea eſt mu- *l* Cuia. rubr. C. de agric.
lier libera quidem, & res proprias habens, non tamen potens dimittere terram. Vt ſic & coloni, qui condicionem debent genitali ſolo propter agriculturam. Et de his titulus in iure eſt: ad quem aliquando leges politiores interpretes. *m* Et nec malè tamen *m* Pan. c. 2.
barbariores, originarios hos, & adſcripti- de Iudæ.
tios eſſe, qui nati ſunt ex obligatis, &

adſcriptis ad colendas certas poſſeſſiones, ita vt nequeant eas deſerere. & liberos hos eſſe, etſi obſtrictos ad certa ſeruitia. nec teneri vltra ea, quæ expreſſa in iure ſunt, aut ſunt ſolita exhiberi. Sic nequeat Chriſtianus eſſe ſeruus Iudæi, at poſſit originarius, & adſcriptitius. Sunt & inquilini huius generis. ſed hi prædio vrbano ſeruiunt, coloni ruſtico *n*. De quibus iidem politiores, & politiſſimus patruus tuus in Parergis, & nos ad Pomponium. * Sunt & qui *inquilini caſtrorum* dicuntur. Sequitur in ecloga, *certè equidem o*. quemadmodum & alii ſic iungunt *vtique quidem*, & id genus alia *p*. Sed & alterum obiter, quod *equidem* non ſemper alibi eſt, pro, *ego quidē*: etſi in omni Virgilio ſic ſemper eſt. Falluntur, qui credunt, ſic ſemper eſſe & apud alios. *Non equidem dubites. Per me equidem ſint*: alii. de quib. grammatici. qui quod & Cicero dixerit, *ego equidem*. Sequitur, *audieras*, *& fama fuit q*. quod eſt, quia fuit fama. ſcilicet in copulatiuas reſolutio fit: quoniam cauſſa cum effectu coniuncta ſuapte natura ſit. Quæ Scaliger & quæ ſępe vſui erunt tibi in multis ſæpe tricis interpretum iuris ſoluēdis: quæ de copulis ſunt. Ego tibi viam parare ſtudeo ad ea ſtudia per iſtas commentationes. Sequitur, *& me fecere poetam*. qui abnegat mox tamen vatis nomen. in quo ſcilicet amplius quid eſt

n Scip. 1. pare. 36.
* l. 7. de excuſ. tut.
o l. 38. de con iud. Cic. 6. Att. 7.
p Ser. Æn. 1. Priſc. lib. 26.
q S. de ca. ling. La. 169

eſt *r*: *Quis Saleium noſtrum, egregium poetam, vel (ſi hoc honorificentius eſt) præclariſſimum vatem*, &c. apud Tacitum. Sanè hoc nomine Homerus, Ennius, Virgilius, ſimiles appellari ſolent. Et vates pro excellenti in qualibet arte. ecce *s*, *Scæuola certiſſimus legum vates*. item, *t Herophilus Medicinæ vates*. & Suetonius in Veſpaſiano nominat Ioſephũ vatem. Sed is, quia vaticinatus Veſpaſiano imperium. Qua in ſignificatione ſic nomen vatis plerumque ſumitur. & de eo dixi antea. Sed ſic & poetis aptatur ſingulariter, qui & vaticinari futura velle videntur, non ſolum alia abſtruſa ſupra cælos, ſubterque terras aperire, ac in vltimis tenebris antiquitatis incluſa *u*: *Si quid habent veri vatum præſagia, viuam*. Tantum igitur nomen recuſat hic noſter: qui non recuſet poetæ; Præſertim quum paſtores, rudes homines, ineptiſſimi iudicare, deferunt nomen. Quid ſi aut ipſi populorum paſtores deferunt, rudes & ipſi rei poeticæ? Auus tuus quum neſcio quid medicinæ feciſſet viro illuſtri, quod princeps maximus laudaret, & laudationem plurimi ei gratularentur, *Quanto*, reſpondit, *mallem, a medicis principis laudari x*! Recte ridet Lipſius, quod hodie non Phæbus, ſed Imperator facit vates, & coronas donat *y*. & tamen olim quoque profeſſores quilibet, hiſtrioneſque & a

r Tac. de or.
s Val. 8. c. 1.
t Pli. 11. c. 37.
u Ouid. Met. ver. vlt.
x L. Sat. Mé.
y Scal. 1. Auſ. 10.

principe, & à populo coronabantur: Sanè
z Petron. ſaty. coronis donabantur. z Sed audi virum acrem, & ſtomachi Lycidæ noſtri: *Et ego poeta, ſi modo coronis aliquid credendum: quas etiam ad imperitos deferre gratia ſolet.* a
a Perſ. ſaty. 4 Audi Satyricum alium: *Nequicquam populo bibulas donaueris aures.* b
b Pli. 2. ep. 19 Scilicet tanto maiorem apud doctos gratiam promerebis, quanto minorem apud indoctos fueris cõſecutus. Et id genus plurima leges tu paſſim in auctoribus magnis. Plato (ſi ipſius eſt dialogus Erixia) quod procax adoleſcentulus quidam maiori ſic eſſet in pretio, quã Prodicus c. Certè Plato, quod laudibus excæcati arbitrantur, ſe ideo rerum peritos egregiè, quoniam laudari ſe à vulgo intelligunt. d
c Pla. 4. de rep.
d Ariſt. 2. Rh 22. Vtique Ariſtoteles, quod apud vulgum indocti ſunt probabiliores: & (quod poetæ) τοὺς ἀπαιδεύτους παρ' ὄχλῳ μουσικωτέρους λέγειν. Tu modo cum Lycida, *Sed non ego credulus illis. Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna Digna: ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.* e
e Gell. 19. c 13. Hor. 1. od 6. & 1. ſat. 6. & ep. ad Aug &c. Quid tibi de his dicam claris poetis, quod legimus? Potius de argutis cycnis non nihil f. Cycnus rex Ligurum, in muſicis eximius. quem in auem ſui nominis mutauit Apollo. hinc cycni arguti, canori: qui alioqui non minus rauci videntur, quam anſeres g: *Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni.* vbi tamen Seruius notat, *rauci*, eſſe verbum medium h. Sed & Æli-
f Pauſ. lib. 1.
g Virg. Æn. 11.
h Rhod. 9. lect. 5.

Ælianus, ἐγὼ δὲ ἄδοντος κύκνου ἤκουσα. quicquid aliæ, cycnos non canere, dicunt hiſtoriæ, ne morituros quidem *i*: *Olorum morte narratur flebilis cantus, falſo, vt arbitror, aliquot experimentis*, Plinius *k*. Scilicet alii ita reſpondent, canere præcipuè morituros. & iam ſolim cum in mari Africo quidam nauigarent, multos canentes voce flebili, & mori nonnullos conſpexerint. Quæ Ariſtoteles ſcribit *l*. Sed & Plato de morituris, quod cantent dulcius *m*. Alii verò aiunt, parum eſſe, quod iſti cantant: *Paruus vt eſt cycni melior canor, ille gruum quam Clamor*, &c. Lucretius *n*. Alii quod intus, & veluti ſibi canant, muſisque: *Secumque immurmurat intus*. Manilius *o*. Et ſcribit alicubi Nazianzenus, quod hæc hirundines cycnis exprobrarent, quemadmodum nec verſarentur cum hominibus, nec muſicam ſuam publice profiteri vellent, & pauca canerent, eaque intra ſe ipſos tamquam quos muſicæ ſuæ puderet. Sed & quod cycni, pauca ſe quidem, ſed iucunda, & concinna canere: alas Zephyro ſpiranti permittentes, modulanteſque: & itaque ſi non multa, nec multis canerent, ipſum tamen, quod canerent, eſſe pulcherrimum: ipſas hirundines contra ſua garrulitate odioſas in ædibus eſſe hominibus. quid? & tum cantaturos cygnos, quum obmutuerint graculi. Quæ omnia dici de cantu

i P. 10. c. 23.
k Ariſt. 9. hiſt. 12.
l Plat. Phæd
m Lucr. 4.
n Man. 5.
o Naz. ep. ad Celſ.

L

cycnorum poſſunt. Quod cantare poſſunt ſilentib. graculis, ſpirantib. Zephyris. quod intus canant. quod patuus ſit ipſorũ canor. quod cantent præcipuè ſub mortem. quod cantare dicantur in quibuſdam tantum terris quod cantare ipſi dicantur, quia Cycn° ille muſicus, qui in eã abiit auẽ. Et de eo Cycno adi in 10. Æneidos, & Ouidium in ſecundo Transformationũ: at de alio in duodecimo. Nunc ſequuntur cantiunculæ Menalcæ tres. illa, *Tityre dum redeo.* & illa, *Huc ades ô Galatea.* & illa, *Daphni, quid antiquos.* Quæ fortè Virgilii carmina alibi: & quæ imperfecti alicuius operis voluit non perdita: itaque hîc inſeruit. *p* Et hoc hauſit idem noſter de Theocrito, non modo tranſtulit & hos, & alios verſus, & principium ipſum in eclogam iſtam: quam Scaliger male Virgilii totam facit. Cur verò? *q* Virgiliana dicitur virtus tranſcripſiſſe de veteribus, vt certaret: *r* vt faceret meliora. quæ ipſe Scaliger, & alia. Sequitur, *memini me condere ſoles.* Quod eſt, dies abſumere. Sic Lucretius, *illis ſolibus.* Horatius, *ſupremo ſole.* Idem, *profeſtis lucibus, & ſacris.* Et idem Lucretius in tertio, *condere diem.* Virgilius in primo Æneid. *cõponere diem.* Supereſt. *ſtratum ſilet æquor.* quod vocabulum de aere, terra, aqua dicitur. & eſt leuor in his omnibus, & æquabilitas. *t* Vt itaque etiam *æquor ſaxi, & ſpeculorũ* Lucretio. *u* Maris no-

p Theoc. id. 7. 8. 11.

q Pli. præf.

r Scal. 5. po. 2

s L. 6. H. 4. od. vlt. & ep ad Torq.

t Lucr. 3. 4. vbi Lam.

u Druſ. 9. obſ. 20.

ris nomen etiam patet aliquanto latius, quam vulgo intelligatur. Accipitur pro flumine illic, *it mare præruptum*, in primo Æneidos. Vt flumen alii contra, pro mari. quæ alii obſeruarunt ſingulariter. *x* οὔτε τις οἰῶ ποταμῶν ἀπέλυ νόσφ' Ὠκεανοῖο. Quaſi & ipſe Oceanus eſſet flumen: ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοί, ϗ πᾶσα θάλασσα, ϗ πᾶσαι κρῆναι, ϗ φρείατα μακρὰ νάουσιν. *y* quod & in ſacris libris, & apud Platonem. *z* Etſi refutata ſententia eſt Ariſtoteli, aut tentata potius eſt. nam leues rationes huius contrariæ confutantur ab aliis hodie. Habet Virgilius in quarto Georgico eandem Platonis opinionem, *Iamque domum mirans genitricis*, &c. Sed ſi flumen eſt a fluendo: & oceanus, & mare fluit, & fluxus dicitur maris, *a* & dicitur oceanus à celeritate: cur non & flumen dicatur? *b* Quid tum ſi non fluit, vt flumen? *c* Imo & *æſtus ſemper e Ponto profluens, numquam reciprocatur.* *d* Et igitur Homerus, Ὠκεανοῖο ῥοάς. ῥόος. ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο. ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ. θαλάσσης εὐρυπόροιο, &c. quod lati fluuiũ ſignificat illã diuerſam fluxionẽ quidẽ: ſed tamẽ flumẽq; audis ſemper, & fluenta maris. *e* Audi & illa Plinii, *Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis vis, verſumque totum mare in flamen.* Qui ſecundus fluxus maris eſt fluentis, & refluẽtis. Sed & tertius ille eſt nũquã reciprocantis: quẽ & Piccolomineꝰ doctiſs. ponit. Quid tu contra? πότιμος τῷ γε τὸ ποτὸς εἶναι: Et illo nomine non aptè dici

x Hom. il. 20.21.
y Eccl. 1.
Pla. Phædo.
z Ariſt. 2. met. Vall. ſa ph. 63.
a Solin. c. 36.
b Pic. Met. 19.20.
c Pli. 4. c. 13.
d H. Il. 14. 16 18. Od. 11. 12.
e P. præ. 32.

mare, quod eſt impotabile? At dicitur tamen. *f* Etiam aqua potabilis inueniri poteſt in mari: & ipſa amara poteſt potabilis reddi. *g* ne dicam mare aliquod, cuius hauſtus dulcis ſit. *h* Mare a veteri voce Syra *marath* deducunt: quod eſt amarũ. Etiã θάλασσα a σάλος, & hoc ab ἁλός: & ſic igitur amarum, ſeu ſalſum. *i* Ebræi mare dixerunt omnem congregationem aquarũ. & Euangeliſtæ Ebræiſſantes in Græco ſermone ſæpe de lacu dicunt. Vt itaque Porphyrius ille canis riſerit male: quaſi illi ſcriptores ſancti non de lacu intelligerent, dum mare nominant: Et IESVS non ſuper mare ambularit tamen, quod illi tamen ſcribunt. Quid? nonne & alii ſic? *k* Accolæ Padi fluuii ſic ſtagna huius appellabant nomine pelagi: Ἔνθεν, καὶ τῇ φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι ἑπτὰ πελάγη τὴν λίμνην ἐκείνην: Herodianus. *Septem maria*: Plinius. *l* *Mare eſt congregatio aquarũ*, etiam Accurſius: & quod itaq; eo nomine etiam flumẽ veniat. *m* Maris nomen & pro alia re magna. *Cetera ſunt maria*, Catullus de his, quæ ſunt ſupra fidẽ magna. *Maria, & montes* dicebãt, & nunc dicimus in Italia. Et nũc per iſta mihi defende, quod in ſecunda ecloga eſt: *Nuper me in littore vidi, cũ placidum ventis ſtaret mare.* Nã Seruius negat, imaginẽ in mari reddi. *n* Et Scaliger, paſtorem e fonte potius debuiſſe ſibi confeciſſe ſpeculũ, ait. Tu dic, raptumque verſum de ſexto idyllio Theocriti,

f Vic. 2. met. Picc. c. 18. Pli. 31. c. 6.
g Pli. 6. c. 17.
h Scal. 4. Po. 16. Can. alp. A.
i Hier. q. Gẽ.
k Herod. 8. Pli. 3. c. 16.
l Acc. l. pe. de parr.
m Scal. de cã. li. La. 98. Sal. Catil.
n Scal. 5. Poe 5.

criti, ἡ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον (ἡ δὲ γαλάνα) Et nec deerat ibi locorum fons. Atq; vide obſeruationes aliorũ in Theocritum, in quib. Seruio reſpõdetur. Ego hîc, quod mare pro omni cõgregatione aquarũ, & probabiliter pro lacu Mantuano: vt vicini illi accolæ Padi pro illis ſtagnis. Nec nomen *littus* impedit. *o* quoniã littuſq; dicitur terra omnis vi- *o* Ser. Æn. 1.
cina mari: non ſola, qua maximus fluctus à 2. 3. 5. 12.
mari peruenit. nec vicina ſolum mari, ſed omnis alia, quæ alluitur aqua: vicina cuiuis aquæ, vt paludi, flumini. Et igitur littus pro ripa quoque ſit. Cognoſces rationem ab etymologia, & origine vocabuli. De qua in noſtris commentariis ad titulum *De verborum ſignificatione.*

De faſcino.

CAP. XVIII.

N*Vnc oblita mihi tot carmina. vox quoq; Mœrim Iam fugit ipſa. Lupi Mœrim videre priores.* Et in Lachete Platonis ſic, quod propter ætatẽ ille minus valeret memoria. Puerorum hoc eſt. tuum eſt: qui omnem ediſcere Virgilium pergis. & quem obliuiſceris omnem in ætate grauiori: imo etiam in iſta puerili, niſi repetis tecum, & cum aliis ſæpiuſcule. Tu vix egreſſus triennium eras ætatis, quum imagines, quę depictæ omnium imperatorum vſq; ad Hono-

rium in hiſtoria Victoris ſunt, poteras ſuis nominib. nuncupare de facie; ordine recto, ordine retrogrado, ordine nullo ſeruato, inuerſis capitib. quod plurimi admirati. hodie nec nomines vnam, niſi legis. Hodie quum es [θ] infans adhuc, & intra ſeptimũ annũ, quũ fari vix poſſunt multi, adeoque infantes dicuntur, tu per hanc tuã memoriã loqueris iam tres linguas, tuam, Anglicam, matris Gallicam, & meam Italicam: etiã in Latina tenes multum, & nonnihil in Græca. Sed excole, exerce illas, aut obliuiſceris *a*. Obrepit obliuio paullatim. & quod poſt annũ in memoria non inuenitur, etiam poſt vnũ diem eſt minus. Quæ doctè, ac pulcrè Auguſtinus. Egò de memoria aliàs, & de facili lapſu eius. Tu ex hoc tẽpore caue, ne fructũ præſentis laboris tui ſuauiſſimum, & multam deinceps oblectationem amittas per ſocordiam, atque deſidiam *b*. Scilicet & Virgilii ſi ſolueris orationẽ, ea tibi digniſſima in omni ſcriptione comparebit *c*. Is & ſupra Ciceronem laudatur tibi: qui in omnibus excelluerit generibus dicendi: quum Cicero præſtet in vno tantum abundanti, & copioſo. Nec vereri habebis licẽtiã, qua penè abuti nimia ſolent poetæ *d*. Virgilius enim nec ſolet temeritatem licentiæ amare: at ea parcius vti *e*. Nam quid dicam de ꝓprietate, laudata Auſon. doctiſſimo? Etiã alibi exequar Virgilii laudes. Diſce, puer, & ſer-

θ l. 1. de ad. tut. l. 3. de tut.

a Aug. de muſ. 6.

b Mint. po. 6

c Macr. 5. ſat 1.

d Macr. 6. ſat. 4. vlt.

e Auſ. ep. 17.

ſerua: qui tibi cithara erit, & omnis muſica. Diſce, puer virtutem, etiam hanc diſce: præ qua nihil omnis litteratura. *Virtus eſt vitium fugere.* Tu vitium fuge, puer. ſcis, quod vitium? ſcis tu. Nunc pauca dicere ſtatuo de eo, quod ſequitur: *Vox quoque Mœrim Iam fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores f.* Et ſic quidem creditum, vocem homini adimi, quem lupus viderit prior. An non etiam Plato huc reſpexit in primo de republica? καί μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερος ἑωράκειν αὐτὸν ἢ ἐκεῖνος ἐμὲ, ἄφωνος ἂν γενέσθαι. *g* Etiam perhibetur tanta vis animalis, vt veſtigia eius calcata equis torporem afferant. Etiam eum, qui carnes lupi comederit, ſuperuenire parituris, pernicioſum eſſe. Mira ſic sũt alia. *h*. Si capra vna eryngium (Plinius non ponit nomen herbæ) in os acceperit, gregem reliquum fieri attonitum, nec vſquam progredi, donec herba exempta de ore illius ſit. Hyęnę vmbræ contactu canes obmuteſcere *i*. Verum de lupo feſtiuus iocus eſt ille apud Theocritum: Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες; ἔπαιξέ τις. ὡς σοφὸς εἶπεν. vt vetus eſt dictũ: quẽadmodum eruditiſſimus vir ad Theocritum interpretatur, etiã & alluſionem adnotat ex eodem nomine animalis, & amati iuuenis, ad cuius conſpectum illa amans obmutuerit. quę reddi alluſio Latinè poterit, ſi eum iuuenem Lupum appellaueris ſuo

f Soli. c. 8. Pli. 8. c. 22.

g Pli. 28. c. 10. 19. 20.

h Plut. de pri. cum phi. co. Pli. 8 c. 30. 50.

i Th. id. 14.

nomine. Rogas nunc, ſi iſta fiunt? etiã apud comicum, *lupus in fabula*, ſic eſt prouerbiũ: & ſic ſignificat, ab interuentu alicuius tacẽdum eſſe. Atque ego putem fieri, atque hiſtoriis credi oportere *k*. & turpius eſſe, nolle decipi credendo, quam ſic decipi ſub fide plurium teſtimoniorum. vt alicubi ad aliud mirabile mirabiliter bene ſcribit Cardanus *l*. Plutarchus autem hîc, fuiſſe, qui totam rem faſcinationis eſſe nugas, contẽderent, ac deriderent. ceterum famã aſſeruiſſe mirabiliter: & iniuriâ derogari fidem hiſtoriis, quia ratio rei ignoretur. cum & alia ſint innumera, quorum nos latent cauſſæ, & ipſa tamen ſunt certiſſima. Etiam inquit ille ſapientiſſimè, quod qui in ſingulis probabilitatem requirit, is, quod mirabile eſt, auferat ex rebus omnibus *m*. voce, oculis effaſcinationem fieri, tradunt hiſtoriæ *n*. & ꝓ certo accipiũt philoſophi, qui facti cauſſas exquirunt. Nec verò dubitandũ videtur, quin ſint venenata quædam & venena, quæ vocẽ illico noſtrã cohibere, & intercludere poſſint. Et quod ſequitur, videri etiã indubitandum, poſſe iſta itidem operari in aliqua diſtantia, aërem inficiendo proximum, & deinceps. Aer enim, qui nos ambit, & qui magis immutat corpora noſtra, quam cibꝰ, & potus, vtique inficiet nos quoque infectus ſi demittitur in corpora noſtra. Quid? & non

k Card. 4. de ſa. tu. 3.

l Plut. 5. Sy. 7.

m Pli. 7. c. 2. lib. 29. c. 4. Gell. 9. c. 4.

n Vall. ſa. ph. 25. Brod. 1. Miſ. 20. Pli. 8. c. 21. lib. 9. c. vlt. Crat. ad Mercuri lib. 2. ep.

& non poſſumus multum attrahere aeris a venenato ore? o *Multaque corporibus trans-itione nocent.* Et ſic tuus dixit, *Neſcio quis o-culus teneros mihi faſcinat agnos* p, πονηρὸς ὀ-φθαλμὸς, etiam in euangelio, malus: & ſic E-bræiſmuſque illic adnotatur. Sunt autem res teneræ minus aptæ, quæ aduerſum reſi-ſtant. Infantib. (inquit Plutar.) nocetur po-tiſſimũ ob humiditatem habitus & imbe-cillitaté. Dixi alia ad tit. C. *de maleficis.* Et inuidi illius oculi, totiuſq; corporis ſpiritus turbulenti ſunt, ac venenati. nã ipſa inuidia cruciat mire q. *Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum.* Et tuus itaque poeta, *Aut ſi vltra placitũ laudarit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* r Baccar vocatur nardum ruſticum aliquibus: ſed malè. alia hæc eſt herba s. Ari-ſtoteles hic aduerſus faſcinum monſtrat ru-tam. Et ad iſtam inuidi, aut cuiuſuis alterius laudationem, quemadmodum inficere, & faſcinare poſſit: quoniam laudatio lætitiam pariat in corde, & ſpiritus item turbulen-tos. Etiam gaudio mortui. Sic Gellius de laudatione quorumdam, quæ & plantas extingueret. Inuidi autem quod etiam in-uiti inficiant chariſſimoſque: quoniam eiſ-dem ſit malus contractus habitus: habet Plutarchus t. At de antipathia longe mira-bili tradit hodie Germanus quidam, patrẽ a ſola præſentia filii, quem nec noſſet adeſ-

o Ou. Rem. 2.
p Matth. 20. Mar. 7.
q Hor. 1. ep. 2.
r Pli. 12. c. 12. lib. 21. c. 6. 19.
s A. 20. pro. 34.
t Libauius.

ſe, ita affligi ſolitum, vt eſſet intolerandum. Et phyſici hanc cauſſam hîc quoq; memorant, infectum aerem a filio, & ab aere turbatum patrem. Nam, quare vnum patrem ea infectio peteret, lateat magis. Altera quæſtio eſt. De qua tamen & illi reſpondent. Sed cur iſtud peteretur hîc magis, quam cur per alias infectiones alii inficiantur, non alii. Et ego exiſtimarim tamen, decidiſſe quid cum ſemine patris, quod venenoſum fuerit, & quod, dum reſpirabatur in patrem, hunc ſolum turbarit, cui & illud fuerit venenum, & in quem relapſus facilior fuerit propter priſtinam coniunctionem. In habentibus ſymbolum facilior fit tranſitus. In priora, & ſuam originem promptior fit reditus. In iam diſpoſitis vehementior fit impetus. Cum id genus pluribus. At quid tibi de recidiuis morborum dico, quam illa contingant de leui? Sed de lupis addunt, quod ſi ipſi viſi prius ſint ab homine, contra deficiant: certè non contingat defectus hominis. Videlicet multum eſt in præueniendo, vel ad agendum in eos, vel ad repellendum venenum eorum.

Indi-

Indignus amor. Equus, & aqua Caii. Fuſcus Amyntas. Vaccinia nigra. Arcades. Vmbræ, alia.

Cap. XIX.

INdigno cum Gallus amore periret. Indignus amor exponitur, qui præ magnitudine (ita indignas turres pro magnis Ennius) æſtimari non poſſet, nec narrari propter vilitatē. Et talis ille amor Galli indign⁹, inſanus. *Inſano iuuat indulgere labori*, Virgilius in ſexto Æneidos, de intolerando, & quem homines non ferant. De quo vocabulo & ſic dicam in ſecundo libro De armis Romanis. Inſanam vatem in tertio Æneidos Donatus, & Seruius exponunt Deo plenam. Ceterum indignus amor hîc, qui mox inſanus, *nunc inſanus amor:* & eſt malè ſanus, & demens. ſic eſt amor: audi, *ſeu quicunque furor.* Et ex quarto Æneid. *male ſana* amans Dido. Contra, nôn amare, ſanitas: vt ſic ſani ſenſus dicuntur eius, quæ non amabat, in ecloga octaua. Scribo de hac inſania in libris De nuptiis. Tradit Virgilius in ter- *a*Eur. Troa.
tio Georgico. Nec vllius rei pleniores ſunt Ariſt. 2. Rh. 23.
poetarum libri. *a* Eleganter Euripides in *b* Pli. 7. c. 38.
Venerem illam deam amoris, quod & Ari- lib. 16. c. vlt.
ſtoteles recitat, ϗ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἀρχὴ lib. 36. c. 5.
θεᾶς. *b* Etiam in plantas, inque ſtatuas inſa- Rhod. 13. le. 12.
niunt homines. Indicaui de equo Semira-

midis, & turpibus nuptiis. De equis aliis inſaniter amatis quid dicam? *c* Caius ille inſanus ſuo principalia omnia vſq; ad purpuram contribuebat, imo etiam diuina. conſulem deſignarat. Aut quid inſanum hunc dicimus? *d* Non & Domitianus in Scorpum ſuum equum, non Verus in ſuum paria incitati Caiani fecit? Caius ſe ſacerdotem ſuo fecit. voluit, perq; ſalutem ſui iurari. Ego de iſto equo capio Suetonium illic, *De iuris quoque conſultis, quaſi ſcientia eorum vſum omnem aboliturus iactauit ſæpe, ſe mehercule effecturum, nequid reſpondere poſſent præter equũ.* Quid enim equus non fuerit legiſlator, qui conſul eſſe, & diuus potuit? *e* Canes extitiſſe reges alicubi, quorum motus obſeruarent ſubditi pro imperiis, ſcimus, & Apin, illum bouem Ægyptium reſponſa dediſſe. *f* Sabellicus, & Beroaldus legebant *æquum* adfirmantes, legi ita in libris veterib, vt mihi Hotomanus refert. qui emendationem non probat tamen: quia Caio curę eſſe ęquum nequierit. At cur hoc tamen, Hotomane? An quia ea ipſa ars noſtra boni, & æqui? et itaque non aboleret eam, ſed eo modo cõſtabiliret. *a* At ſic euerteret Caius tamen artem iuriſconſultorum, qui ſemper ſua per myſteria quædam, & nimium ſubtilia eandem artem iuris non exercere, verũ corrumpere, & deprauare niſi ſunt. Non hue reſpicit Hotomanus. Caio, homini ini-

c Dio. lib. 59.
d Capito. in Ver. Mart. 11. Iun. in Tert. de ſpe 16.
e Plut. de ſto re Pli. 6. ſi. & lib. 8. c. 46.
f Hot. 3. obſ. 10. Bod. 4. de rep. 6.
a Cic. Mur.

iniquiſſimo, & furioſiſſimo ipſam veram artem iuris non fuiſſe curæ, cenſet. *f* Tamen bona lex, & a non bono ferri poteſt. Et aboleri (adhuc dico) videtur maxime vſus noſtræ artis, ſi ad vnam æquitatem ducere nos habemus conſulentes: *a* quæ non ſolis nobis ſcilicet, ſed optimo cuiq; notiſſima eſt. Et iuri tamquam ex parte aduerſa ſtat. Sic vt defenſio iſta eſſet aduerſus iuriſconſultos, prouocatio ad æquitatem. quod late deducit Cicero in oratione pro Cecina. Reponit ipſe Hotomanus *eccum*: item vt Bodinus, & Caſaubonus. Dolet autẽ Hotomanus, eripi ſibi hanc correctionem, & Coraſio tribui a typographo neſcio quo. Voluerit autem Caius (his interpretibus) facere, ne noſtri amplius de libris legum reſponderent, ſed de ſe vno, quem quaſi digito monſtraret. Eccum. Torrentius aliter emendat, & ceteris melius. Is, quod in omnibus tamen manuſcriptis eſt *præter eum*. Quod & poſſis retinere: & interpretari *præter ſe*. *g* Qui modus loquendi etiam alibi obſeruatus ab aliis eſt. Et hæc olim ad eruditiſſimum *Henricum Cuſſium* per epiſtolam. Audiſti de equo. Et non audies de aqua? *h* *Nemo in illa aula* (inquit de Vitelliana Tacitus) *aut probitate, aut induſtria certauit. vnum ad potentiam iter, prodigis epulis, & ſumptu. Caianæ aquæ ſatiare inexplebiles Vitellii libidines.* Vbi addit Iuſtus

f Aug. 1. de lib. arb.

a Quinct. 7. c. 1. & lib. vlt c. 2.

g Alc. 5. par. 20. Duat. 2. diſp. 19.

h Tac. hiſt. 2

Lipſius, *Manifeſtà corruptio. quo enim (malum) huc aqua Caiana?* Delirare autem eos, qui de aquæ ductu exponunt Caii. *i* de quo Plinius habet. & idem de patina quadam Vitellii. Probæ (ait Lipſius) nec eſſe frontis emendationem Ferreti, pro *aqua* procul a libris reponentis, *aulæ*. ipſe legit a libris longius, *ſaginaque*. Ego poſitam ſcripturam tibi non moueo, & de aliis Caii inſanis amoribus interpretor, *balneis*. & ſic ante annos plurimos dedi epiſtolam, ad ornatiſſimum, & chariſſimæ memoriæ amicum, Thomam Sauilum. Cur balneæ non ſint aqua iſta: quas in aliis luxurioſis Caii *k* alii nominant? Etiam Suetonius de eo mõſtro: *Nepotinis ſumptibus omnium prodigiorum ingenia ſuperauit: cõmentus nouũ balinearũ vſum, vt calidis, frigidisq; unguẽtis lauaretur*. Plinius autem, *l Nec non aliquẽ expriuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes balinearũ vnguento, atque Caiũm principẽ ſolitũ lauari*. Cur legerẽ, vt iubet Gelenius, *ſolia temperari*, etſi nihil multum res ad rem eſt? Eadem vero & Nero: de quo *m* hiſtorici alii totidem verbis, quod Suetonius de Caio. Etiã hæc de Nerone idẽ Tranquillus, *cænationes laqueatæ tabulis eburneis, verſatilibus, vt flores, fiſtulatis, vt vnguenta deſuper ſpargerentur*. Et Plutarch⁹ de Othone, quod aſperſus vnguẽto a Nerone, ſequenti die eũ per multas fiſtulas, fundentes idem vnguen-

i Pli. 16. c. 15. lib. 35. c. 12.

k Phil. de leg. ad Ca.

l Pli. 13. c. 3.

m Oroſ. Iorn. Diaco

guen-

guentum, quaſi aquam, reſperſit *n*. Croco theatraque reſpergebantur ſæpe. quod legis non apud vnum auctorem. & crocum intelligis de aqua diluto *o*. ille nimbus ſic dicitur, *nimbus odoratus, odorus, ruber p*. apud Propertium, *Pulpita ſolennès non oluere crocos*. Etiam balſamo ſparſit Adrianus (vt apud Spartianum eſt) theatri gradus: odoramento omnibus prælato *q*. vnde & Arabibus nomen *belſamin*, quaſi dominium obtinens inter aromata *r*. Verum de balineis, & ad ea Neronis, *Neronea nec qui modo lotus in vnda, hic iterum ſudare neget*, Statius. Et de tertio orbis prodigio Heliogabalo, quod non niſi vnguento nobili, aut croco piſcinis infectis natauit, recitat Lampridius *s*. Piſcina locus aquæ in balineis. *Piſcinā peto. non licet natare*, Martialis. Sed & ante hos etiā Dionyſius vnguētis lauiſſe traditur. Athenæi duodecimo. Hæc igitur aqua Caiana, quam odores infecerint pretioſi. Et iſtiuſmodi vnguentis vtebantur luxurioſi illi homines & in cibo certè, & in potu *t*. *Nardo vina merebere*, Horatius *u*. Sed & alia ſic ſunt, quæ Mercurialis in lectionibus variis habet. Hirtius de bello Hiſpanico, *Vinū, & nardum identidē ſibi infundit*. Alia apud Athenęum libro primo, vndecimo, vltimo. ſed & apud Plinium libro duodecimo de nardi principatu in vnguentis, & in ſequenti de vnguentis omnibus.

n Sen. 2. nat. q. 9. Apul. aſ 10.
o Martial. 5. epig. 26.
p P. 4. el. 1.
q Iu. Ex. 30.
r S. 1. ſyl. pe.
s Aug. de. dia M. 5. ep. 91.
t Hor. 4. od. 7. & epod. 13
u M. 2. le. 17. 19. & lib. 5. c. 1.

vbi de hac inſana luxuria in vnguentis, quibus & aquilę, & ſigna in vngerentur, *iam etiam in potu addunt, tantique amaritudo eſt, vt odore prodigo fruantur ex vtraque parte corporis.* imo idem ibidem, *tanti emitur voluptas aliena, etenim odorem, qui gerit, ipſe non ſentit.* Lex noſtra rem mortuam appellat vnguenta: itaque nec locupletiorem quem eſſe ex eis cenſet. Quod capio tamen de his, quibus vngimur voluptatis; non etiam cauſſa valetudinis. vt hæc quoque ſunt: & quę mundo nō continentur. Nam quod in valetudinem impenditur, habet neceſſariarumque impenſarum rationem. Quod verò in potu vterentur vnguentis, ſic intelligis, quia non ea craſſa, vt horum temporum dicuntur. Quamquam etiam craſſa, ſolidaque potari dicerentur, quæ & liquidis diſſoluerentur. Vt idem Mercurialis explicat x. & ſic apud Plinium muſcæ etiam in potu dantur, & pectus vulturis bibitur, & cutis aſpidis, & caro cochleæ crudæ. ſic alia mille apud medicos. Abi, qui doctiſſimum Victorium rides dicentem, theriacam bibi y. Habet Mercurialis alibi, quemadmodum vnguenti nomine apud veteres oleum potius ſignificabatur odoratum, non vnguenta noſtra craſſiora. Manus vnguentis lauabant diſcumbentes z, *occultam febrem ſub tempus edendi diſſimules, donec manibus tremor incidat vnctis.* Delicatiſſimi vngebant et-

x P.30. c.10. 11. lib. 32. c. 8. 10.

y M. de decor. c. vlt.

z Hor. ep. ad Quin. lib. 1.

etiam pedes. Et Chriſto regi pedes vncti, & caput diſcumbenti *a*. alioqui luxus is notatus contra alios a propheta *b*. Porrò etiam hoc addo, vnguenta etiam de ſiccis dicta. ſic vngi alumine, cinere, audimus de Catone, & Ammiano. vt amicus noſter clariſſimus *c*, Robertus Titius notat in eo libro, quem contra Ioſephi Scaligeri conuicia edidit *d*. Etiam addo de balneis, quod & penſilia habuere luxurioſi. Et tu habes in equum, & aquam amores Caii inſanos. Habes ex cognitione hiſtoriarũ receptas ſcripturas defenſas. ex hiſtoria potes emendare eundem Tacitum in primo annali, illic, *C. Nauum id Cæſari.* ecce habet hiſtoriam Plutarchus de loquacitate, & quod Liuia id Auguſto. ſic igitur ad nomen C. Naui propè, *Liuiam id Cæſari.* Sed plura nobis ad Tacitum, quæ alibi tibi ſeruo. Nunc audi, quæ ſequuntur in ecloga, *Quid tum ſi fuſcus Amyntas?* ſcilicet, non propterea pulcher non eſt. *Vidiſti pleno teneram candore puellam. Vidiſti fuſco, dulcis vterq; color:* Propertius *e*. Etiam quæritur ſanè, ſi ſit color de ſubſtantia pulcritudinis, quamquam alii & odorem, & vocem deſiderent *f*. & noſtræ leges definiunt, aliquando morboſum eum, cui os, aut aliud oleat. Tractant autem quæſtionem in pulcritudine magnique ætatis noſtræ medici, Fallopius, & Mercurialis. atque volunt omnino, ad pulcritudinẽ adeſſe colorẽ: nõ de-

a Hamos c. 6.

b Cl. Alex. 2. pæd. 8.

c T. 1. c. 19.

d Val. Ma. 9. c. 1.

e Fallop. & Mer. de decor.

f l. 9. 12. de æd. c.

ſiderandum advaletudinem: non optandũ per turpitudinẽ. Sic illi conciliant Galeni dicta, quæ diſſilire videntur. *g* Etiã Auguſtinus, quod color nos delectat in corporum formis: & quod tamen ſint quidam etiam deformium amatores, quos Græci vocent κακοεροφίλους. de quibus Ouidiusque: nec tamen (vt ſcribit Giphanius) quicquã ad Lucretium: *Multimodis igitur prauas, turpisq; videmus Eſſe in deliciis*, &c. Ibi, qui ſibi placeant & in fœtidis, & in pumilionib. *i* Atq; nos tamen ſcimus certo, & magnitudinẽ requiri ad pulcritudinẽ. nã requiratur dignitas: quæ in patuulo corpore eſſe nequit. *k* Dignitas ſic ponitur pro excellenti forma virique, mulierisque. Lucretius & de hoc noſtro colore, *Nigra melichrus eſt.* *l* qui eſt color ſubfuſcus. Quid tamẽ ſi & cæcis amãtib. vitia nõ appareãt, at alia omnia videãtur? πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Sic, ſic. neque enim quiſquam non amat pulcrum, & bonum. Sed ſpecie boni decipi plurimi poſſunt. *m* Ecce ſic deosque ſuos quiq; fingebant ex colore ſuo, non ſolum ex reliqua corporis figura: Thraces fuluos, & cæruleos: Æthiopes nigros, certe minio illitos, aut rubrica, item ſimos: alii aliter. quẽadmodum & omnes fermè iiſdem attribuebant humanam formam, quam & pulcriorem ceteris cenſent cuncti. vt apud Ciceronem eſt in libris De natura deorum. *n* Macrocephali longa capita cupiebant. *o* Amicã

g A. de muſ. 6

h Lucr. 4. Quin. 2. c. 5.

i Rhod. 9. lec 24.

k Cic. 2. de inuent.

l Scal. Ma. 4.

m C. A. Str. 7 Pli. 6. c. 3. & lib. 33. c. 7.

n Hipp. de ae. aq. & lo.

o Steph. Theo. id. 11.

ſuam alii veluti vnius ſupercilii laudant: & ſibi depingi iubent. Et id genus alia ſunt. *Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra*, inquit Gallus. nec tamen non & pulcherrimi ſunt flores. *Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur:* inquiebat Corydon. Vbi magna controuerſia, quid vacciniũ ſit. *p* Ouid. purpureum eius colorem dicit: *Nec te purpureo velent vaccinia ſucco. Non eſt conueniens luctibus ille color.* Redi ad ea, quæ dixi de purpura, & de nigra viola. *q* Plinius hæc addet, *Vaccinia, Italiæ in aucupiis ſata: Galliæ vero purpuræ tingendæ ad ſeruitiorum veſtes.* antea de cypro, *quidam hanc eſſe dicunt arborẽ, quæ in Italia liguſtrum vocetur.* *r* Sed innumerabilibus quæſtionibus ad Virgilium ſoluendis incubuere grammatici. Imo & digniſſimus poeta, in quem Modeſtinusq; iuriſconſultus operam aliquam collocauerit, & collocent omnes cuiuslibet diſciplinę profeſſores. Quid ni in Virgil. ſi in Hom. omnes collocauere? Et tamẽ nec dedecet grammatica viros ſummos. *s* Nõ eius puduit ſummũ imperatorẽ Cæſarem, ſummũ medicũ Galenum, ſummũ theologum Auguſtinũ, ſummũ I. Conſultum Labeonẽ, ſummũ doctum Varronem: qui & tractatꝰ priuatos iſthic ſcripſerũt. Nec vituperet nos aliquis, ſi & nos hæc moliri voluimus, p filio. *a* Ariſtoteles prima litterarum elementa Alexandro tradidit, digno ſanè tanta cura in-

p O. ad lib. ſu. Triſt.

q P. 12. c. 25. lib. 16. c. 18.

r Aug. de vt. cre.

s Geſſ. 11. c. 17. lib. 13. c. 10. Suida. Quinct. 1. c. 7.

a Quinct. 1. c. 1.

ſanti. Sed & *ſuus cuique dignus eſt*. Vt hîc reſpondet Quinctilianus. Sequitur, *Soli cantare periti Arcades.* t Quæ gens laude iſta canendi ſupra ceteras cenſebatur. Vbi ad annum vſque trigeſimum diſcere muſicam conſueuerant. Sic in quarta, *Pan Deus Arcadiæ*, &c. Sic in ſeptima, *Arcades ambo, & cantare pares, & reſpondere parati.* u Vbi Atticiſmum prȩterea notes cum grammaticis tuis: qui ſcribunt, ſic Virgiliū imitatum de Platone, & Atticis aliis in tribuendo infinitiuū nomini adiectiuo: quod & hîc, *cantare periti.* Sed hîc quid dicemus ad illud? *diuæ veſtrum.* an non eſſe hîc illam condemnatam ſyllabarum geminationem? quia eædem hîc non ſunt ſyllabæ Virgilio, etſi ſunt nobis ineptis pronunciare diphthongos. An de pluribus vituperari? hîc autem eſſe vnam ſemel repetitam. Apud Ciceronem, & reliquos offendes talia paſſim: x *me meæ: hac me mente fuiſſe:* hodie legebamus. y Ne ſyllabæ verbi prioris vltimȩ ſint primȩ ſequentis: ait Quinctilianus. & illa Ciceronis affert, quȩ notet, *O fortunatam natam. Res mihi inuiſæ viſæ ſunt, Brutæ.* z Alioqui Virgilius alibi, *oceanò nox. Iliaci cineres. falſi Simeontis. Relligione nepotes. te tendere. Vota tamen. aduerſo ſole. omne nemus. ipſe ſedili. teque querelis*, in quarto: vbi itidem variat diphthongus ſyllabam. *Date tela*, in IX. *Si ſine. Iouive*, in X.

t Ath. lib. 14. Rho. 9. le. 5.

u Verg. 3. c. 2.

x Cic. 1. fa. 7. 9.

y Q. 9. c. 4.

z V. Æn. 2. 3. 5. 8. 72.

in x. *glauco contexit.* &c. in Æneide. Sunt & in Bucolicis, & Georgicis, perfectiſſimis operibus, hæc etiam, placeant ante, in ecloga ſecunda. *a* In Æneide, *parere recuſa. currere remis*, ſecundo, & quincto. Illud in 4. *pueri puer*, quæſitum venuſto ludo. In duodecimo, *pedem pede*, veritati rei exprimendæ. & in decimo, *pede pes. viro vir.* Et illa, *data fata. Ceu cætera. caſus Caſſandra canebat.* Vbi Seruius, *Hæc compoſitio nunc vitioſa, quæ maioribus placuit.* Vt non habeas omnia retrahere ad guſtum veterum, ſed ſit tibi & tuorum temporum ſequendus in his, quæ vſus mutare valet, in verbis, in veſtibus, & ſimilibus: etſi omnia fuiſſent veterum meliora. *b* Adi nunc ad Scaligeri poetica: vbi de Terentio, *dixiſſe ſeſe*: de Horatio, *pares res*: de Homero, ἵερευσεν εὖσεν: de Thucydide, Σαμία μία. &c. & quod iſtorum auctoritate commendari etiam iſta figura poſſit. Illic contra Eraſmum: qui Ciceroni veluti vitium obiiciebat & ipſe illam *fortunatam natam.* Illic Dionyſium Halicarnaſſeum accuſat ſtultitiæ, qui irriſerit in Thucydide ὁμοιόπτωτον. cum ſit ferè nullus vel oratorum, vel hiſtoricorum, vel poetarum, apud quem non inueniamus: apud Demoſthenem, inquit ille: apud Iſocratem dicerem ego plena eiuſmodi luſibus omnia, *c* niſi pictamque nimis orationem huius audiſſemus. At Scaliger,

a V. Æn. I. 2. 3. 4.

b S. 4. po. 41.

c Cic. orat. Quinct. 10. c. I.

Quid Ariſtoteles? cuius orationis caſtitatem potius, quam licentiam carpis. & de Ariſtotele eandem deſinentiam pluries notat, & in eodem caſu idem quoque repoſitum nomen. Illic & ponit ea Virgilii, *ſed neque currentem, neque ſe cognoſcit euntem, Tollentemve manu, ſaxumq; immane mouentem.* Nos autem iam *ſurgamus. ſolet eſſe grauis cantantibus umbra. iuniperi grauis umbra. nocent & frugibus umbræ. d* Adde illa Lucretii, *Arboribus primum certis grauis umbra tributa Vſque adeo; capiti faciant ut ſæpe dolores, Si quis eas ſubter iacuit proſtratus in herbis e.* Sed & hiſtorici naturales, & alii de hoc tradunt. De taxo, eam eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, vt qui obdormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. hinc & taxica appellata venena, quæ nunc toxica.

d Lucr. 6.

e Pli. 16. c. 10 lib. 17. c. 12

De hominibus feris, & de feris manſuetis.

CAP. XX.

PAn, deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem a. Et mira huius dei forma pingitur: quam Herodotus recitat, & alia eius beſtiæ plura. ſed cauſſam, cur ad illum modum pingeretur deus ſemicaper, non placuit

a Herod. 2.

cuit hiſtorico explicare. timidus enim fuit, & religione (vt videtur) vetitus aperire religiones. Sed eidem placuit narrare de horribilibus nuptiis, quas videre omnes potuerint palam, dum ipſe ageret in Ægypto, capri, atque mulieris *b*. Etiam ſatyri capripedes: quos de hominib. nec quidquã proferre aliud, quàm quæ eſt reliqua figura corporis, & effigies *c*. Plinius ſatyros facit populos Africæ: & eis nihil, præter figuram, moris humani. Cæterum non talis credebatur Pan, qualis depingebatur. vt ait Herodotus. Aut quî habitus fuiſſet ille deus, qui ne homo eſſet quidem? Scio portenta deorum Ægypti, ſed & myſteria. Nemo, nemo tenet animam humanam, qui non tenet corpus humanum. *d* quia aliud corpus, quam humanum, animam non capit humanam. vt inquiebat Triſmegiſtus. & inquam ego, capiat diuinam minus, quod, quam humanum eſt minus. Et igitur ſi Circe, quod audiſti in octaua, faciem tollebat humanam, etiam mentem tollebat humanam. quod tamẽ poetæ non dicunt. *e* αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. Et Horatius tamen his mentem ait relapſam hominibus rurſum factis. de quo *f* loco leges adnotatum patruo ad Taſſi Solymeida, libro decimo. At Circe belluas faciebat, homines videlicet belluinos. At an putamus nos, poſſe ex aduerſo dici,

b Mel. lib. 1. Sol. c. 44.
c P. 5. c. 8.
d Triſ. Pœm
e Hom. Od. 10.
f Hor. epod. 17.

ibi mentem eſſe humanam, vbi figura eſt
g A.10.probl. humana *g*? Tradit Ariſtoteles, & variè
44. Pli.8.c. habes apud Plinium, omniáquidem repe-
15.30.51.52. riri fera, quæ reperiuntur manſueta: ſed
53.lib.28.c. non ita contra eſſe. eſſe oues feras, capras
10.19.lib.32 feras, boues feros, aſinos, equos, ſues. Quis
c.vlt. neſcit de aſinis, niſi qui neſcit onagros?
Quis neſcit de ſuibus, niſi qui neſcit, apros
h P.28.c.15. eſſe ſues *h*. Vulgarem ſuem dicit Plinius ad
apri differentiam. & ſues feros etiam nomi-
i Varr. 2. de nauit. ἀγρότεροι σύες, Odyſſeę vndecimo *i*. Sed
re ruſt. & alii de eiuſmodi feris ſic tradũt: quas nos
non ſolemus niſi manſueta videre. Canes
feros nominat etiã Ariſtoteles, Quid? hoc
ipſum, quod quærimus, homines feros. Pli-
nius, Hominum ſilueſtrium totgenera prę-
dicta. is & de marinis hominibus. Contra,
Ariſtoteles, non leones, pantheras, viperas,
alia plura, reperiri manſueta. Ceterum de
homine mihi non perſuaſerit. Videri ho-
mines potuerunt illi, ſed homines eſſe non
potuerunt. ſimilitudines nonnullas haud
negem: nego plenam figuram. Nõ credam
k P.9.c.5. Plinio *k*, qui de *abſoluta ſimilitudine* marini
cuiuſdam hominis narrat: etſi dicit, ſe habe-
re auctores equeſtris ordinis ſplendentes,
* Strab.lib. qui viderint. nã & noctu viderunt. * Mace-
15. dones aciemque inſtruxerunt aliquando
in cercopithecas, quaſi in exercitum
aliquem. Quæ ibidem de tritone, qua
noſcitur forma, canente in ſpecu quodam,
lega-

legatio Olyſſiponenſium ad Tyberium: quæ paria de Nereidibus: ſi quæ alia, credam, quæ ſint in aliqua tantum ſimilitudine hominis. Quid, quas videmus vbique ſimias, eæ perfectam hominis continent formam? *l* Plinius etiam pollicem eis facit, & viſcera interiora omnia hominis. Sed ait tamen perfectam hominis *imitationem*: quæ ſemper diſcedit in aliquo ab re imitata, & eadem cum re eſt numquam. Idem de internis, quod *ad exemplar* ſint humanorum: & itaque eadem non ſint. Veſalius doctiſſimus paſſim per ſuam anatomiam diluit hanc ſimiarum ſimilitudinem poſitam a Galeno, & aliis veteribus cum homine, & diſſimilitudinẽ oſtendit ipſe *m*. Galenus ipſe refutat latè de pollice. Et multa habet de manu, quæ ſoli data homini, animali ſapienti: οὐ γὰρ ὅτι χεῖρας ἔσχε, διὰ τοῦτο σοφώτατον ἦν, ὡς Ἀναξαγόρας ἔλεγεν. ἀλλ᾽ ὅτι σοφώτατον ἦν, διὰ τοῦτο χεῖρας ἔχεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησιν. &c. Vbique Galenus per illos, naturam animę moribus corporis formam feciſſe conuenientem. conuenientes partes moribus animi animalibus omnibus conſtruxiſſe. conſtructionem corporis, ſapienti animali conuenientem, non dari alii. ipſam eſſe mentem, quippe quæ membra deſignet. & multa ille alia ſic ſcribit *n*. Et Ariſtoteles, numquam animal factum, vel generatũ eſſe, quod formam ha-

l P. 11. c. 44.

m G. de vſ. par. 1. 2. 3. 11.

n A. Phyſiog. prin.

beret alterius animalis, animam verò alterius, ſed ſemper eiuſdem corpus, & animam. Quæ certiſſima ratio eſt, non eſſę homines feros. cur enim non & feræ ferrent animam hominis? cur lepus non ferret animam canis, is ferret animam leporis? cur alia nõ eſſent eiuſmodi, ſed in ſola humana figura contingerent? Aut tu putas in eo lepore contigiſſe *o*, quem memorant pulſaſſe tympana, canes fugaſſe? Scilicet & famelici canes, quos eô adegerat plebanus Arlottus, ab aſpectu panis pauebant, & diffugiebant. Multa ars facit hæc foris adhibita, non anima intus habitans. Eſt hæc ratio altera inuicta: etſi non ſit inuictũ fundamẽtum, vt illinc Ariſtoteles ſtruit, phyſiognomię. aliquam illinc concludit artẽ phyſiognomię philoſophꝰ *p*. quod miratur Piniꝰ, & vanum exiſtimat. & de quo ego alibi ſcripſi. Illa ipſius Plinii nõ ſunt tanti: *Quis Æthiopas, ante quam cerneret, credidit? Quã multa fieri non poſſe, ante quã ſint facta, iudicantur? Animaliũ, hominũq; effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minimè mirũ, artifici ad formanda corpora, effigiesq; mobilitate ignea.* A luxuria humoris facit monſtra plurima in mari: vt ante hac recitaui. Cęterum nec ſol ſolus generat animalia, nec materia ſola producit. proxima, & coniuncta cauſſa agit potiſſimũ: quę bruta ſi ſit, for-

o Io. Ca. de can. Brit.

p P. 11. c. 52.

formam hominis nunquam effinget. De colore Æthiopum facile credidiſſemus, quē varium videmus in hominibus, etiam fuſcum à ſole. Ego viridemque poſſem credere, quem video & in nonnullis ægrotis: & pilos crederem virides in homine, vt plumas auibus cerno virides, & ipſi homini pilos alius coloris omnis. Et memini tamen, diſputatum alicubi in contrarium. Sed certè iſta non ſpectant figuram, aut variant magis, quam variæ, diuerſiſſimęque conſtitutiones ipſorum membrorum faciant. vt cauſſa nulla ſit, cur & de tam diuerſo colore Æthiopum non credidiſſem. *q* P.5.c.8.
q Credo Plinio de Atlantibus, de quibus vix ipſe credit, degeneres eos humani ritus: neque nominum vllorum inter eos appellationem eſſe. An enim neſcimus innumeros vbique barbaros? Ecquid ſi aliæ ſignificationes ſint illis pro nominib. Credo, Troglodytarum ſtridorem, non vocem eſſe: & carere ſermonis commercio prorſus. Num & barbari omnes non ſic tibi loqui videntur, vt canes latrare, ſibilare ſerpentes putes? *r* Galeno ſanè videbantur linguarum barbararum voces aliæ porcorum linguæ, alię ranarum, vel graculorum, vel coruorum, aliæ veluti ſtertentium, &c. Poſſum iſta credere. poſſum mōnſtra credere. *s* de quibus idem in illa hiſtoria naturæ vbique docet Plinius. Sed homines canino

r Gal. 2. de pulſ. diff.

s P.4.c.13.li.5.c.8.lib.6.c.30.lib.7.c.1.2. Solin.c.63.

capite, caudaque canis, qui cynocephali latrantes, non credo: quicquid narrentque, agere iſtos commercia, agere cum aliis iuſtiſſime. Sunt hæc a Cteſia t: quem non fide dignum dicit Ariſtoteles. & prudenter Pōponius Mela de his formis ad belluinam accedentibus: *intus (ſi credere libet) vix iā homines.* Quid, vt deus animam hominis his vaſculis feris incluſiſſet, θ qui nec veteri vtri vinum nouum immitti probat in euangelio? Vt Deus excellentem iſtam imaginem, faciem noſtram, ϑ quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis eſt cæleſtis figurata, nec tantulum vel in pœnam homini debitam maculanda, brutis animis contra communicet? Poſſumus dicere, homines aut furore, aut quo alio caſu efferari, adeoque viſos fuiſſe feros, & quodammodo feros inque forma externa fuiſſe redditos. u Quis neſcit Nabucdonoſorem? Quis anachoretas plurimos, qui cum beſtiis, & feris, in ſpeluncis ætatem vixerunt; dememinerunt loqui; cum pilis, & vnguibus ſimillimi brutis euaſerunt? Lege Sanctorum illorum patrum vitas. Quos qui viderit, cur dixiſſet feros minus, quam qui equites vidit primùm, & dixit hippocentauros? Etiam videntur malè quædam ſilueſtria. x In Corſica animalia omnia viſa ſilueſtria, etiam capræ, oues, boues: Sed tamen ſilueſtria non fuiſſe: at ita viſa, quia inſula ipſa ſilueſtris eſſet, nec paſtor illic

t A. 8. hiſt. 28

θ Luc. 5.

ϑ l. 17. C. de pœn.

u Daniel. 4.

x Polyb. 12.

illic animalia ſequeretur: qui tamen eadem conuocaret, quum voluiſſet, ad tubæ ſonitum: ſed neq; capi potuiſſe a peregrinis, itaq; exiſtimata fera fuiſſe. Quæ Polybius. Et quę de feris in figura manſuetorum. y Nā οἱ ἀνέρες ἀγροιῶται Homeri, agreſtes ſunt Virgilii tui, ſi ego memini bene. De manſuetis in figura fera, quos Ariſtoteles negat, nō dicemus, leopardos, & leones manſuetos exhibitos à Gordiano ædili, non ſolos feros equos, & oues feras: de quibus narrat Capitolinus. Nam capiendus eſt ſcriptor de manſuefactis, & domitis: qui plures fuerunt ſemper. z Non dicemus homines, qui ad monſtrū inclinant, etſi ex hominibus naſcerentur. Et ita ſunt leges: ad quas dicam. Et ita Plato in Cratylo, non eſſe hominem, qui ex homine naſcitur, ſed eum, cuius formam refert. Extinguebantur hæc olim. Quæritur hodie & pro baptiſmo. Dico de omnibus, quæ hic ſunt iuris, ad illas leges. Dictum eſt infanti, & ad Bucolica ſatis. Deo opt. maximo gratias age, qui iſta voluit perfici. Te iam poſt menſes duos annum octauum, & pueritiam ingrediente ad Georgica aggrediemur, eodem Domino Deo beneuolente, ac IESV CHRISTO, Seruatore noſtro: quibus, & ſancto Spiritui, rectori noſtrorum animorum, omnis laus, & gloria, nunc, & ſemper. Amen.

y Hom. Il. 15. Od. 13. Virg. Æn. 7. 10.

z l. 38. 13. 135. de V. S.